Σύνθεο, paciscere, *Ionic.* 2. *sing. aor.* 2. *imp. medii verbi* συντίθημι, compono; συντίθεμαι, paciscor: *Atticè* σύνθου *pro* σύνθεσο, *et dissolvendo* ου *in* εο, σύνθεο.

Ὀμνύω *et* ὄμνυμι· παρὰ τὸ ὄμματα νεύειν, *quòd jurantes annuant oculis. fut.* ὀμόσω· *ab* ὀμόω, juro; *à quo et tempora sumit;* ὄμοσσον *pro* ὄμοσον, 2. *sing. aor.* 1. *imperat. ab* ὤμοσα· *est etiam* ὁμόω *cum spiritu aspero, sed hoc ab* ὁμός, unio; *à quo* ὁμωθῆναι, ξ. 209. ὁμωθῆναι φιλότητι, ut coëant amore; ὁμόσε, simul, μ. 24.

Ἦ μὴν, certè, omnino; *cui respondet* ἦ δὴ, *idem: sed hìc expletivè.* 77

Πρόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, promptus, benevolus: *à* πρὸ *et* φρὴν, mens.

Ἔπος, εος, τὸ, verbum, dictum: ἔπεσιν, *dat. plur. à verbo* ἔπω.

Χερσὶ, *dat. plur. et* χεροῖν, *dativ. dual. à poëtico genit.* χερὸς, *à* χεὶρ, manus, *suprà* 14.

Ἀρήγω, juvo, auxilior, *fut.* ἀρήξω· *propriè* opem fero in bello: *nam ab* Ἄρης *deducitur.*

Μέγα, *neutrum genus*, μέγας, μεγάλη· *hìc vero ponitur adverbialiter* 78
pro μεγάλως. *Eustathius dicit* μέγας *compositum esse ex* μὴ, *et* γῆ, *ut qui non sit ampliùs* πρὸς γῇ, *sed* ὑπεραναβὰς τὴν γῆν, *qui non est humilis, inquit Martinius.*

Χολωσέμεν, *f.* 1. *inf. act. pro* χολώσειν, *à verbo* χολόω, irrito; όομαι, irascor.

Κρατέω, *f.* ήσω, dominor; *à* κράτος, εος, τὸ, potentia: *hoc autem à* 79
κρέω, impero.

80 Κρείσσων vel *κρείττων*, ονος, ὁ κ) ἡ, potentior; *ἀ* κράτος, potentia.

Χώσεται, 3. *sing. f.* 1. *ind. med. verbi* χώομαι, irascor, perturbor animo.

Χερείων, ονος, *comparat. pro* χείρων, pejor, inferior; *ἀ* κακὸς, *poëticum est, et in quibusdam casibus vertit* ι *in* η, *sublato* ον· *sic* χέρηϊ *dativ. pro* χερείονι, *ut in accus. et nom. plur. Dicitur autem quasi* κατὰ χεῖρα ἥττων, *qui manibus est inferior: vel secundum alios,* ὁ διὰ τῶν χειρῶν πορίζων τὸ ζῆν, *qui manibus victum quærit.*

81 Πὲρ, *particula expletiva; hinc* εἴπερ, quamvis: *nam sæpè significat* quàmvis, *et sæpè vacat; interdum respondet Latinæ particulæ* cunque.

Γὲ, *syllabica adjectio, significat* quidem, certè, saltem: *est etiam particula expletiva, et vacat, præcipuè cùm jungitur aliis vocabulis.*

Αὐτῆμαρ, eodem die; *ab* αὐτὸς, *et* ἦμαρ, τος, τὸ, dies.

Πέπτω, *f.* ψω, coquo, *propriè, sed hìc metaphoricè sumitur: pro quo aliquando dicitur* πέσσω *Æolicè, Atticè* πέττω, καταπέψη, decoxerit, molliverit, 3. *sing. aor.* 1. *sub. act. Dicitur, secundum Martinium, quasi* πυρὶ ἕψω, igni coquo.

82 Ὀπίσω, post, retrorsum, retrò; *hinc* μετόπισθε, *et* -θεν, à tergo, pone; *item* post, postea; ὀπίσω, *autem fit ex* ἕπομαι, sequor: *mutato* ε *in* ο, *et aspirato in lenem; vel* παρὰ τὸ ἔπι *pro* ἔπεστι, sum post.

Κότος, ου, ὁ, odium inveteratum: *ἀ* κεῖμαι, jaceo, *quod sit quasi* χόλος ἀπόθετος, ira recondita; *ἀ* κότος *fit* κοτέω, irascor.

Ὄφρα, donec, ut, *cui respondet* τόφρα, tamdiu.

Τελέσσῃ, 3. *sing. aor.* 1. *sub. verbi* τελέω, *poët. pro* τελέσῃ.

83 Στῆθος, εος, τὸ, pectus, στήθεσσιν, *poët. pro* στήθεσι, *dat. plur. ἀ* στῆναι, *quia stet immotum, nec inflectatur, ut aliæ corporis partes.*

Ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, *pro* ὅς, ἥ, ὄν, suus, sua, suum; ἑοῖσι, *dat. plur. Ion. pro* ἑοῖς.

Φράσαι, *imperat. aor.* 1. *med. verbi* φράζω, dico; *m.* φράζομαι, delibero. *Sic et Od.* π. 260. χ. 158. ω. 330.

Σαώζω, *f.* σω, servo, salvum reddo; *ἀ* σάος, salvus, *poët. pro* σῶος.

84 Ἀμείβω, *f.* ψω, commùto, permuto; *idem passivum* ἀμείβομαι. *Item* respondeo, vices sermonis reddo. *Sæpè apud Homerum* ἀπαμείβομαι, vicissim respondeo; *item* respondeo.

85 Θαρσέω, *f.* ήσω, audax sum, fiduciâ præditus sum, fiduciam capio. *Attic.* θαῤῥέω, *ἀ* θάρσος, εος, τὸ, fiducia, audacia; *quod à* θέρω, *fut. Æolic.* θέρσω, calefacio; *unde Æoles etiam dicunt* θέρσος *pro* θάρσος· οἱ γὰρ θερμοὶ κ) θαρσεῖς· θαρσήσας, *part. aor.* 1. *act.*

Μάλα, valde, multùm.

Θεοπρόπιον, ου, τὸ, *vel* ἡ θεοπροπία, ας, prædictio divina, oraculum, vaticinium; *ἀ* θεόπροπος, vates: ὁ τοῖς θεοῖς πρέποντα λέγων, *hoc autem ἀ* θεὸς *et* πρέπω· *alii* παρὰ τὸ θεόθεν προειπεῖν.

Ὅ, τι, quodcunque, *neut. ab* ὅστις.

Οἶδασθα, *Æolic.* οἶσθα *per syncopen, pro* οἶδας, *perf. med.* τοῦ εἴδομαι.

86 Μὰ, *adverbium jurandi, significat* per; *aliquando negat per se, aliquando adjicitur* οὐ, *aliquando etiam affirmat. Sic* νὴ, *idem, sed affirmativè plerumque significat.*

Ὧτι, *dat. sing. artic.* ὅς, ἥ, ὅ, *cum* τι, *particula expletiva.*

'Αναφαίνω, ostendo, exhibeo; *à* φαίνω, apparere facio, luceo, defero, 87
accuso; φαίνομαι, appareo; *à* φάω, luceo, *derivatur;* φαύω, *idem; hinc* φαίνω, *sicut* αἴρω *ex* ἀείρω.

'Εμεῦ, *Doricè, pro* ἐμοῦ. 88

Ζάω, vivo; *in infin.* ζῆν *pro* ζᾶν *Doricè; part.* ζῶν, τος, *à* ζέω, ferveo.

Χθὼν, ονὸς, ἡ, terra; παρὰ τὸ χεῖν, capere: *quòd omnia sinu excipiat.*

Δέρκω, video, *aor.* 2. ἔδρακον *et metathesi* ἔδερκον. *Sic* δέδορκα *in præterit. med. pro* δέδερκα; δερκομένοιο, *Ion. pro* δερκομένου.

Βαρὺς, βαρεῖα, βαρὺ, gravis, ponderosus, molestus: βαρείας χεῖρας, 89
manus violentas; *à* βάρος, εος, τὸ, pondus, molestia. *Dicitur quia* βίᾳ αἴρεται, robore *vel* vi tollitur.

'Εποίσει, inferet, 3. *sing. fut.* 1. *ab* ἐπὶ *et* φέρω.

Σύμπας, ασα, αν, omnis; ν *vertitur in* μ, *euphoniæ gratiâ.* 90

Πολλὸν, longè; *pro* πολὺ, *poët. sive adverb. sive nomen.* 91

Αὐδάω, *f.* ήσω, loquor, dico; *et* αὐδάομαι, *idem:* ηὔδα, *contr. pro* 92
ηὔδαε, 3. *sing. imperf. ind. ab* αὐδὴ, ῆς, ἡ, dictio, vox; *hoc autem ab* αὔω, clamo, resono. *Secundum alios, ab* αὐγὴ, ῆς, ἡ, splendor, lux; *utpote* δι' ἧς αὐγάζεται τὰ τοῦ νοῦ, per quam cogitationes illustrantur.

Μῶμος, ου, ὁ, dedecus, infamia, irrisor, reprehensor; *hinc* Deus reprehensionis, *ut ante; hinc* μωμάομαι, reprehendo; *cum* α *privat. et* ω *verso in* υ, *fit* ἀμύμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, irreprehensibilis, inculpatus. *Vel secundum alios, dicitur quasi* ἀμύγμων· *ab* α *et* μυγμὸς, οῦ, ὁ, sonus, *qui labiis occlusis emittitur ex naribus, quo irridere et subsannare solemus, ut sit ille in quo nihil derideri et subsannari potest.*

Οὔτ' ἄρ' ὅγ', *pro* οὔτε ἄρα ὅγε. 93

῞Ενεκ', *pro* ἕνεκα, propter, causâ, gratiâ. 94

Τοὔνεκ', *factum ex* τοῦ ἕνεκα, *pro* τούτου ἕνεκα. 96

Δίδωμι, do, infligo, *ut hìc; f.* δώσω, *præt.* δέδωκα, *aor.* 1. ἔδωκα, *&c. ab inusit.* δόω.

῎Ετι, adhuc, ampliùs, posthac, etiam, insuper, *adverb.*

'Απέχω, abstineo, *fut.* ἀφέξω· *ab* ἔχω. 97

Πρὶν, priùs, antea; *regit infin. et indicat. Sæpe geminatur, ita ut* 98
posteriori loco significet quàm, *et tum regit vel conjunct. vel infin. ut hìc.*

Δόμεναι, *Dor. pro* δοῦναι, μ eliso, et ει *contr.* in ου, *à* δίδωμι· ἀποδόμεναι, *aor.* 2. *inf. act.*

'Ελικῶπις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, oculos volubiles habens; *ab* ἑλίκωψ, *idem, hoc autem ab* ἑλικὸς, ἡ, ὸν, volubilis; *ab* ἑλίσσω, verto, volvo, circumago, implico; *et* ὤψ, ὠπὸς, ὁ, oculus, facies, vultus; *ab* ὄπτομαι, video: *sed* ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox; *ab* ἔπω, dico. *Alii dicunt ab* ἑλικὸς, niger; ἑλικῶπις *autem dicitur aliquando de puellâ* spectatu dignâ, oculos amantium ad se trahente, *ut hìc.*

Κόρος, ου, ὁ, juvenis, puer, *Ion.* κοῦρος, *ut* νοῦσος· *hinc* κόρη, ης, ἡ, puella, *aliquando* filia: *à* κορέω, mundo, purgo; *quòd ætas illa pura est à malitiâ.*

'Απριάτην, *adverb.* absque pretio; *hìc tamen adjectivè sumitur: ab* 99
α *privat. et* πριάομαι, *seu potiùs* πρίαμαι, emo, redimo; *hinc dicitur*

Priamus, quia cum in Græciam ab Hercule abductus est captivus, Hesione eum auro redemit.

Ἀνάποινος, ου, ὁ καὶ ἡ, sine pretio; *ex* α *priv. et* ἄποινον, pretium redemptionis.

Ἄγω, duco, *de animatis;* affero, *de inanimatis: fut.* 1. ἄξω, *perf.* ἦχα, *Atticè* ἄγηχα, *et pleonasmo literæ* ο, ἀγήοχα, *aor.* 2. ἦγον, *Atticè* ἤγαγον, *&c.*

100 Ἐς, *poët. et Att. pro* εἰς, in, ad.

Ἱλάομαι, propitium reddo, propitio, placo; *hinc* ἱλάσκω, *idem;* ἱλασσάμενος, *aor.* 1. *part. med. Eustathius dictum putat quasi* ἵεμαι λᾶιν, *quòd qui propitii sunt, libenter petentes videant.*

Πέπιθον, *cum reduplicatione Ionicâ, pro* ἔπιθον· πεπίθοιμεν, 1. *plur. aor.* 2. *act. optat. pro* πίθοιμεν· *à* πείθω, persuadeo.

102 Εὐρυκρείων, οντος, ὁ, latè imperans; *ab* εὐρὺς, εῖα, ὺ, latus, *et* κρείων, οντος, regnator; *quod est à* κραίνω, impero.

103 Ἄχνυμαι, doleo, ægrè fero, turbor; ἀχνύμενος, *part. præs. masc. ab* ἄχος, εος, τὸ, dolor, mœror.

Μένος, εος, τὸ, animus, animi ardor quidam, impetus animi concitati, quo quis irâ percitus in adversarium fertur; *aliquando* robur, vis, vehementia, ira; *à* μένω, maneo.

Ἀμφιμέλαιναι, utrinque nigræ. *Sic dicuntur* φρένες, *quòd irâ tanquam fumo quodam denigrentur. At Eustathius putat ita dici,* διὰ τὴν ἐν βαθεῖ αὐτῶν θέσιν, *ob profundam eorum positionem in corpore;* μέλας, αινα, αν, niger; *quod ex* μὰ *negativè significante, et* λάειν, videre.

104 Πίμπλημι, impleo, *in med. et passiv.* πίμπλαμαι *pro* πίπλημι, *per reduplicationem poëticam: nam poëtæ mirâ in reduplicationis varietate licentiâ utuntur. Aliquando reduplicationem, quæ suâ naturâ brevis est, positione producunt; ut in* πίμπλημι· *aliquando habent in secundâ syllabâ: ut* ὀνίνημι, *&c.* πίμπλημι, *à* πλάω *inusit. quod à* πλήθω, *idem: hoc autem à* πλέος, plenus. *Dicitur etiam* πίπλημι *et* πλῆμι, *sine reduplicatione; item* πιμπλάω, πίμπλαντ' *pro* ἐπίμπλαντο, 3. *plur. imperf. ind. pass.*

Ὄσσος, εος, τὸ, oculus; *in duali* ὄσσεε, *et apoc.* ὄσσε; *vel fiat* ὄσσε *pro* ὄσσω· *tertiæ declinat. simplicium per metaplasmum; ab* ὄσσομαι, video, *quod est pro* ὄπτομαι, *per Æolicam mutationem: illi enim quædam in* πτω *scribunt per* σσω.

Λαμπετάω, luceo; *à* λαμπὰς, άδος, ἡ, lampas; *hoc autem à* λάμπω, *f.* ψω, luceo. *Dicitur quasi* λίαν φῶ. *Poëtæ in secundâ contractorum, cùm contractio fit in* ω, *aliud* ω *inserunt præcedente longâ; præcedente verò brevi, pro hoc* ω *habent* ο· *ut* ἡβάω, ἡβῶ, *poët.* ἡβώω· λαμπετάωντι, λαμπετῶντι, *poët.* λαμπετόωντι.

Εἴκω, *f.* ξω, similis sum, assimilor, cedo, obedio; *ab* איך *ec,* sicut, *Hebr. imperf.* εἶκον, *tertiâ dual.* εἰκέτην, *per syncopen* εἴκτην, *et solutâ diphthongo,* ἐΐκτην· *hinc* εἰκὼν, όνος, ἡ, imago.

105 Πρώτιστος, η, ον, *superl. à* πρῶτος· *nam Græci aliquando derivant superlativa à superlativis;* πρῶτος *fit à* πρότατος, *eliso* τ, *factâque crasi,* πρώτιστα, *neut. plur. adverbialiter sumptum.*

Ὀσσόμενος, η, ον, aspiciens, torvè intuens, *part. præs, verbi* ὄσσομαι.

Ἔειπα, *Atticè pro* εἶπα· *ut* ἑόρακα *pro* ὅρακα· *et* ἔειπον *pro* εἶπον, *ab* ἔπω, dico: προσέειπε, 3. *sing. aor. ind.*

Πώποτε *pro* πότε, quum, unquam. *Multæ particulæ ad* πότε *adjiciuntur, quæ non mutant significationem;* πότε *autem ab* ὅτε. 106

Κρήγυος, *vel* τὸ κρήγυον, placitum, bonum, jucundum. *In neutro genere tantùm pro substantivo: quasi* κῆρ ἡδὺ, cordi jucundum et gratum. *Vel, secundum alios, quasi* κῆρ ἄγων.

Ἐσθλὸς, ἡ, ὸν, bonus, utilis, strenuus; *ab* ἐθέλω, volo, *pleonasmo* τοῦ σ, 108
quia bonos amamus et cupimus.

Ἐτέλεσσας, 2. *sing. aor.* 1. *ind. act. pro* ἐτέλεσας, *geminatur* σ *poët. à* τελέω, perficio.

Θεοπροπέων, vaticinans, *part. præs. verbi* θεοπροπέω. 109

Ἀγορεύεις, prædicas, 2. *sing. ind. præs. verbi* ἀγορεύω.

Χρυσηῒς, ΐδος, ἡ, Chryseis, κούρης Χρυσηΐδος *regitur à præp.* ἀντὶ *subin-* 111
tellecto: patronymicum à Χρύσης.

Οὐ *ante consonantem,* οὐκ *ante lenem vocalem,* οὐχ *ante asperam.* 112

Οἴκοι, domi; οἴκοθι, *idem; ab* οἶκος. 113

Κλυταιμνήστρα, ας, ἡ, *soror Helenæ et uxor Agamemnonis.*

Προβέβουλα, prætuli malo, *vel* malui; *est perf. med.* προβέβουλομαι *inusitat. à* βούλομαι, volo, *fut.* βουλήσομαι.

Κουρίδιος, α, ον, juvenilis. *Plerumque ei tribuitur, qui juvenili ætate* 114
uxorem duxit. Fœmin. κουριδία, ας, *et Ion.* ης, uxor, juvencula, *seu quæ virgo nupsit; à* κοῦρος, *suprà* 98.

Ἄλοχος, ου, ἡ, uxor; *ex* α *pro* ἅμα, *et* λέχος, εος, τὸ, lectus.

Ἕθεν, *per syncop. pro* ἕοθεν, *pro* οὗ, sui, *hìc* illa, *Poët. et Att. Iones pro* οὗ *dicunt* ἕο, *Attici addunt* θεν, *ita* ἕοθεν. *Attici et poëtæ, per syncopen vocalis* ο, ἕθεν· *ita etiam* ἐμοῦ *et* σοῦ *se habent. Est et* ἕθεν *pro* ἑ, *se.*

Δέμας, τὸ, corpus; *indecl. est: à* δέμω, exstruo, ædifico; *quasi* δῶμα 115
ψυχῆς, animi domicilium, *inquit Eustathius. Vel à* δέω, ligo; *corpus enim est carcer et* δεσμὸς *animæ. Universam mulieris virtutem (inquit* Coul.) *ingeniosè complexus est Homerus hoc versu,* οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, *&c.* δέμας *et* σῶμα *ita opponuntur apud Homerum, ut illud* corpus animatum, *hoc* inanimatum *significet.*

Φυὴ, ῆς, ἡ, indoles, natura, corporis habitus: *à* φύω, nascor, gigno, produco, do in lucem; *hinc* φύσις, εως, ἡ, natura, potentia, res innata, ingenium, indoles.

Ἔργον, ου, τὸ, opus, officium; *ab* ἔοργα, *præt. med. verbi* ῥέζω. *Potest etiam derivari ab Hebraico* ארג *arag*, texere.

In δέμας, φυὴν, φρένα, *et* ἔργον, *subintelligitur* κατά. *Accusativus partis aut adjuncti sæpè cum nomine vel verbo ponitur* ἐλλειπτικῶς, *deficiente præpositione* κατὰ, *quam constructionem dicunt grammatici synecdochen.*

Δόμεναι, dare, *Dor. seu Æol. pro* δοῦναι, *aor.* 2. *inf. verbi* δίδωμι. 116

Βούλομαι ἐγὼ, *hìc subintelligitur* μᾶλλον. 117

Εἶναι, *infin. ab* εἰμὶ, sum. *Ionicè* ἔμεν, *Dor.* ἦμεν *et* ἦμες, *Att.* ἔμεναι, *Æol.* ἔμμεναι, *poët.* εἴμεναι.

Αὐτίκα, statim, primo quoque tempore, illico, *ab* αὐτὸς, ipse; αὐτόθεν, 118
idem; αὐτίχ' *propter seq. aspiratam.*

Ἑτοιμάζω, *f.* σω, præparo; *ab* ἕτοιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, promptus, paratus, *quod dicitur quasi* ἑτὸς εἰς οἶμον, missus in viam; *ab* ἵημι, *inquit Martin.* ἑτοιμάσατε, 2. *pl. aor.* 1. *imperat. act.*

Οἶος, α, ον, solus; *et* οἷος, α, ον, *cum aspero,* qualis.

119 Ἀγέραστος, ου, ὁ καὶ ἡ, *ab* α *priv. et* γέρας, τος, τὸ, præmium; *i. e.* sine præmio.

Ἔω, *dissolutè pro* ὦ, *præs. subjunct. ab* εἰμὶ, sum.

Ἔοικε, *impersonaliter sumptum significat* æquum est, *perf. Attic. ab* εἴκω, similis sum.

120 Βλέπω, *et* βλέπτω, video; *sed Æol.* βλέσσω· *hinc auferendo* β, *interposito* υ, *fit* λεύσσετε, 2. *plur. præs. ind. act. verbi* λεύσσω, aspicio.

Ἄλλῃ, *sc.* ὁδῷ, aliò, ad alium locum. *Adverb. à dativo fœmin. Adj.* ἄλλος, η, ον.

121 Ποδάρκης, εος, ὁ καὶ ἡ, pedibus sufficiens, pedibus celer; *à* ποῦς, *et* ἀρκέω, sufficio, par sum; *hinc impers.* ἀρκεῖ, sufficit.

122 Κύδιστος, ου, *superl. à* κυδρὸς, ὰ, ὸν, gloriosus; *à* κῦδος, εος, τὸ, gloria, laus. *Vid.* κῦδος, *α.* 278. *At* κύδος, ου, ὁ, convitium.

Φιλοκτέανος, ου, ὁ καὶ ἡ, possessionum cupidus, avarus; *à* φίλος *et* κτέανον, *poët. idem quod* κτῆμα, ατος, τὸ, possessio; *à* κτάομαι, paro, acquiro; *sed perf. plusq. et aor.* 1. *med. significant,* possideo, habeo.

123 Μεγάθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, magnanimus; *à* μέγας, *et* θυμὸς, animus.

124 Ἴδμεν, scimus, *Dor. seu Æol. pro* ἴσμεν, *per sync. pro* ἴσαμεν, 1. *pl. præs. ind. act. verbi* ἴσημι, scio.

Ξυνήϊος, ου, communis; *à* ξυνὸς, communis. *Pro* ξυνήϊα *Cl. Dunbar vult legi* ξεινήϊα, hospitalia, *seu* dona *quæ dantur hospitibus; à* ξένος, hospes. *Vide in Prosod. Græc. par.* II. *sub fin.* " Notes on the first book of the Iliad," *pp.* 27, 28, *et* 29. *Ed.* 1814.

Κέω, *et* κείω, κεῖμι, *et* κεῖμαι· *hinc crasi* κεῦμαι, jaceo; *imperf.* ἐκείμην, *f. m.* κείσομαι, jaceo, positus sum, repositus sum; κείμενα, *part. præs. neut.*

125 Τὰ πολίων, *scil.* πράγματα, res urbanæ.

Ἐξεπράθομεν, diripuimus, 1. *pl. aor.* 2. *per metathesin pro* ἐξεπάρθομεν, *à verbo* ἐκπέρθω.

Δέδασται, *tertia persona perfecti pass. ab inusit.* δάζω, divido; *à* δαΐω, δαίω, *idem; etiam* scio, disco, comburo, convivor. *Significat* divido, *propriè de eo partiendi modo, qui in conviviis usitatus erat.*

126 Παλίλλογος, ου, ὁ καὶ ἡ, rursus numeratus *vel* collectus; *à* πάλιν, rursus, *et* λέγω, lego, eligo, numero.

127 Πρόες, *aor.* 2. *imperat.* προΐημι, præmitto, *ex* πρὸ *et* ἵημι.

128 Τριπλῇ, *scil.* μοίρᾳ, tripliciter; *à* τριπλόος, οῦς, *fœm.* ῆ, triplus; *hoc autem à* τρεῖς, tres, *et* πέλω, sum: *ut* ἁπλόος *secundum Eustath. quasi* τρίπιλος, ἅπιλος.

Τετραπλῇ, quadrupliciter, *à* τετραπλόος, *quod à* τέσσαρες, *Att.* τέτταρες.

Ἀποτίω, *f.* τίσω, compenso, persolvo; ἀποτίσομεν, 1. *plur. fut. ind.*

Αἴθε *pro* εἴθε, *Dor.* utinam, *sic* αἴκε *pro* εἴ κε, si, *hìc.*

Πόθι, ubi, quo, ποθὶ, *accentu in ult.* alicubi, aliquando.

129 Δῷσι, *cum iotâ subscripto, Ion. pro* δῷ, 3. *sing. aor.* 2. *subjunct. sin absque* ι, *est* 3. *plur.*

Εὐτείχεος, ου, ὁ καὶ ἡ, bene muratus; *ab* εὖ, *et* τεῖχος, εος, τὸ, murus; *quod à* τεύχω.

Λάπτω, *f.* ψω, lambendo bibo, *propriè ut canis, unde Angl.* to lap: *est etiam* evacuo; *hinc* λαπάζω, *f.* ξω, evacuo, perdo; *item* ἀλαπάζω, *pleonasm.* τοῦ α, *et* ἐξαλαπάζω, debellare, vastare, diripere; ἐξαλαπάξαι, *aor.* 1. *inf. act.*

Ἀγαθός περ, *ista adjectio syllabæ significat sæpè* quamvis, etsi. 131

Θεοείκελος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deo similis; *à* Θεὸς, *et* εἴκελος, ου, ὁ καὶ ἡ, similis; *ab* εἴκω, assimilo, obedio. *Dicitur de viris adeò claris, ut Diis comparandi sunt.*

Κλέπτω, *f.* ψω, furor, decipio, fallo; *à* καλύπτω, abscondo; *significat aliquando* abscondo. 132

Νόος, ου, ὁ, mens, animus; *crasi* νοῦς· *hinc multa substantiva in* ους *formantur.*

Παρέρχομαι, prætereo, transeo, supero currendo, *et generalit.* supero quocunque modo; παρελεύσεαι, *Ion. pro* παρελεύσῃ, 2. *sing. f.* 1.

Θέλω, volo, *sumit tempora à* θελέω· ἐθέλω, *idem.* 133

Αὔτως, frustra, temerè; *communiter* sic, hoc modo.

Ἧμαι, sedeo; ἧσθαι, *præs. inf. ab* ἕω, colloco. 134

Δεύομαι *pro* δέομαι· *epenth. Æol.* δευόμενον, indigentem, *accus. sing. part. præs. à* δέω, ligo, indigeo, supplico; *hinc impersonale* δεῖ, oportet; *sed tempora poëtica sumit à* δεύω.

Ἄρω, apto, coapto, *et neutraliter* congruo, *fut.* ἀρῶ, *et* ἄρσω, *Æol. hinc aor.* 1. ἦρσα· *hinc particip.* ἄρσας, ασα, αν. ἄρσαντες scil. γέρας, premium. 136

Ἀντάξιος, ία, ον, existimatione par, æqualis pretii, *ab* ἀντὶ, *quod in compositione significat* contra, æquè, *et* pro, *et* ἄξιος, ία, ον, dignus; *quod ab* ἄγω, æstimo. ἀντάξιον scil. τιμήμα, pretium.

Ἔσται, *syncope pro* ἔσεται, 3. *sing. f. ind. verbi* εἰμὶ, sum.

Δώωσι, *poët. pro* δῶσι. 137

Ἕλωμαι, 1. *sing. aor.* 2. *subjunct. med. ab* εἷλον, *quod est aor.* 2. *verbi* αἱρέω, capio, *mutuatitium ab* ἕλω.

Τεὸς, ὴ, ὸν, *Dor. et poët. pro* σὸς, σ *in* τ *mutato, et inserto* ε. 138

Ἰὼν, *aor.* 2. *part. ab* εἶμι, vado.

Ὀδυσσεὺς, έος, *et Ion.* ῆος, ὁ, Ulysses, *à quo nomine appellantur illi libri, quos Homerus scripsit de ejus peregrinatione; ab* ὁδὸς, οῦ, ἡ, via, *quia in triviis mater eum peperit.*

Ἵκωμαι, *aorist.* 2. *subjunct. verbi* ἱκνέομαι, *quod aliquando significat* invado, ὃν, ἐπὶ *scil.* 139

Μεταφράζομαι, post delibero, μεταφράζω, interpretor, *à* φράζω, dico; *à* φάω, dico, φάζω, *et epenthesi* τοῦ ρ, φράζω· μεταφρασόμεσθα, *Dor. pro* μεταφρασόμεθα, 1. *pl. fut.* 1. *med.* 140

Ἐρύω, *f.* σω, traho, *item* custodio, libero, tueor; ἐρύομεν *pro* ἐρύωμεν *cum* ω, *per systolen; ita* ἐρύσσομεν *pro* ἐρύσωμεν, σ *etiam poëticè geminato; à* ῥύω, *idem. Dicitur etiam* εἰρύω *pro* ἐρύω. 141

Ἐρέσσω, remigo, *propriè; hinc* ἐρέτης, ου, ὁ, remex; *et* ἐρετμὸς, οῦ, ὁ, remus. Ἐς δ' ἐρέτας ἀγείρομεν, tmesis *pro* εἰσαγείρομεν ἐρέτας. 142

Ἐπιτηδὲς, *adverb.* studiosè, de industriâ, *vel pro* κατὰ τὸ ἐπιτηδὲς—

remigum quod sufficiat: *ab* ἐπιτηδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, necessarius, idoneus, amicus. *Et Eustathius dicit* ἐπιτηδὲς, *esse pro* ἐπιτηδεῦς, *ut* παλιμπετὲς, *Odyss.* ι. 27. *pro* παλιμπετεῦς, *ut sit hìc*, idoneos, habiles. *Adverbium autem habet accentum in antepenultimâ: ut* ἄληθες· *fit ab* ἐπὶ τὸ δέον, *vel ab* ἡδὺς, *quia quæ nobis sunt idonea, eadem jucunda; hinc* ἐπιτήδευμα, ατος, τὸ, studium, præceptum.

143 Θῶμεν, 1. *pers. plur. aor.* 2. *act. subjunct. verbi* τίθημι, pono. *Poëticâ resolutione* θέωμεν, *deinde inserto* ι, θείομεν, ω *mutato in* ο *per systolen.*

Καλλιπάρῃος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulchras habens genas; *à* κάλλος, εος, τὸ, *et* παρειὰ, ᾶς, ἡ, gena; *quod ab* ἐπαίρω, attollo, *quia est sublimis et conspicua pars corporis: et vertitur* ει *in* η *Æolicè.*

144 Βήσομεν, *per systolen, pro* βήσωμεν, *à* βαίνω, *f.* βήσομαι, gradior. *Est et fut. activum* βήσω, *unde aor.* 1. ἔβησα, ascendere jussi. *Formatur à* βάω, *inusitat. à quo tamen reperiuntur quædam tempora apud poëtas* βέβηκα, βέβαμεν, βεβαῶς· ἂν pro ἀνὰ *disjungitur à* βήσομεν *per tmesin*, conscendere faciamus.

Εἷς, μία, ἓν, unus, *per se non declinatur in plurali, sed cum* μη *et* ου *declinatur: ut* οὐδένας, μηδένας, nullos.

Ἀρχὸς, οῦ, ὁ, princeps, præfectus; *ab* ἄρχομαι, incipio, sum auctor, impero, dominor; ἄρχω, *idem.*

Βουληφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, consilium portans, consultor; *à* φέρω, *et* βουλή.

145 Αἴας, αντος, ὁ, Ajax; *ab* αἰάζω, lugeo: *quia cùm puer esset, magno dolore affectus est. Vel* (*ut* Coulon *ait*) Αἴας *fit* παρὰ τὸ ἀΐσσω, *quòd ad bellum cum impetu prorumperet: et à morte ejus maximè defleta, fit verbum* αἰάζω, lamentor.

146 Ἔκπαγλος, ου, ὁ καὶ ἡ, horribilis, stupendus, vehemens, terribilis; *per metathesin pro* ἔκπλαγος, *idem; ab* ἐκπλήσσω, percello, perterrefacio; -ομαι, stupeo, percellor; ἐκπαγλότατος, *superl.*

147 Ἱλάσσεαι, places, *Ion. pro* ἱλάσσῃ, 2. *sing. aor.* 1. *sub. med. verbi* ἱλάσκομαι.

Ῥέζω, facio, sacrifico, *fut.* ῥέξω, *et metathesi* ἔρξω, *tanquam ab* ἔργω, *præt.* χα· *regit aliquando geminum accusativum, ut Il.* β. 195. μή τι χολωσάμενος ῥέξῃ κακὸν υἷας Ἀχαιῶν, ne quid iratus faciat mali filiis Græcorum; *hinc passivum* ῥέζομαι, fio; *præt. med.* ἔοργα· *et metath.* ἔοργα; *hinc* κακόεργος, *de quo vide* α. 74.

148 Ὑπόδρα, torvè, *per pleonasm.* τοῦ δ, ὑπόδρα, *idem; ab* ὑφοράομαι, subaspicio, torvè aspicio. *Vel ab* ὑπὸ, *et* δέρκω.

149 Ὤμοι *pro* οἴμοι, heu mihi, *vox dolentis;* οἰ *regit aliquando nominat. dat. accus.* ὤμοι *jungitur vel nominat. ut* ὤμοι ἐγὼ δειλός· *vel vocat. ut hìc. Al. scribunt* Ὦ μοι *disjunctè.*

Ἀναίδεια, ας, ἡ, impudentia; *ab* ἀναιδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, impudens: *hoc autem ab* αἰδὼς, οῦς, ἡ, *et* α *privat.* ἀναιδείη *Ionicè. Eleganter vocat Achilles Agamemnonem* ἀναιδείην ἐπιειμένον, impudentiâ indutum, *quia loquendi ratione Platonici virtutes et vitia vestes animæ nominabant.*

Ἐπιειμένος, *partic. præt. perf. pass. ab* ἐπιέννυμι, *vel* ἐπιέω, *pro quo in prosâ dicitur* ἐφιμένος· *ab* ἕω, induo.

Κερδαλεόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, animum habens astutum et avidum, *à* κερδαλέος, α, ον, astutus: *quod à* κέρδος, εος, τὸ, lucrum, astutia: *vel* vulpinam et leoninam mentem habens; *à* κερδὼ, vulpes, λέων, leo, *et* φρὴν, mens.

'Οδὸς, ῦ, ἡ, via, iter, auxilium: *aliquando* insidiæ. *Sunt duæ vincendi hostes rationes; una per insidias, hoc est, ὁδὸν ἰλθέμεναι· altera, aperto Marte, quod est, ἶφι μάχεσθαι.* 151

Αἰχμητάων, *Æolicè pro αἰχμητῶν· αἰχμητὴς*, ῦ, ὁ, bellator; *ab αἰχμὴ*, ῆς, ἡ, cuspis: *quod dicitur ἀπὸ τοῦ αἷμα χέειν*, à sanguinem fundendo. 152

Δεῦρο, huc, *pro quo Atticè δευρί.* 153

Αἰτία, ας, ἡ, culpa, causa: *hinc αἴτιος, ία, ον*, reus, accusandus, ob rem aliquam utpote ejus auctor, supplicio dignus, *secundum Eustath.*

Βοῦς, βοὸς, ὁ κ) ἡ, bos, *vel* vacca; *accus. plur.* βόας, βοῦς. 154

'Ελαύνω, *ab* ἐλάω, impello, ago, instituo, excito, percutio, vulnero; ἤλασα, *aor.* 1. *ind.*

''Ιππος, ου, ὁ, equus; *ab ἵεσθαι seu ἵπτασθαι ποσὶν, est enim animal celeberrimum.*

'Εριβώλαξ, κος, ὁ κ) ἡ, valde glebosus; *ab* ἐρι, *quod in compositione significationem auget, et* βῶλος, ου, ὁ, *seu* βώλαξ, ακος, ἡ, gleba. 155

Βωτιάνειρος, ου, ὁ κ) ἡ, alens et educans viros; *à* βῶτις, *fœmin. à* βώτης, ου, ὁ, pastor; *quod à* βόσκω, pasco, *ο mutato in ω· aut à* βρώσκω, *f.* σω, *ellipsi τοῦ ρ· quæ ambo à* βόω *inusit.*

Καρπὸς, οῦ, ὁ, fructus, fruges, quicquid è terrâ provenit; *aliquando* utilitas *per metonym.* 156

Δηλέω, *f.* ήσω, lædo, *cujus media vox usitatior: dicitur quasi* δηΐον λαῶ, hostile quippiam intendo: *vel, secundum Eustathium, à* δαλὸς, οῦ, ὁ, titio, *quod à* δαίω, uro, *ut sit propriè* καυστικῶς βλάπτω κ) ὥσεὶ διὰ δαλοῦ καίοντος· ἐδήλησαντ', 3. *pl. aor.* 1. *ind. med.*

'Επεὶ, *pro* ἐπειδὴ, *auferendo* δ, cùm, quoniam. *Al. leg.* ἐδηλήσαντο· ἐπεὶ—, *multo melius.*

Μάλα, valde, multùm, admodùm, vehementer, citò; *aliquando jungitur cum adjectivo, aliquando cum verbo, aliquando cum alio adverbio; hinc* μᾶλλον *et* μάλιστα.

Μεταξὺ, inter, in medio, *aliquando cum genit. aliquando sine casu, à præpositione* μετά.

Σκιόεις, εσσα, εν, umbrosus, *à* σκία, ας, ἡ, umbra, *quasi à* κία, vado, *quia cum corpore semper vadit.* 157

'Ηχήεις, εσσα, εν resonans; *ab* ἦχος, ου, ὁ, sonus; *quod ab* ἦχα, *præt. verbi* ἄγω, frango, *ut* frangor *à* frangendo; *hinc* ἠχέω, sono, resono.

''Εσπομαι, *poët. addito σ, pro* ἕπομαι, sequor; *in cujus temporibus sæpè amittitur ε· ut* σπῦ *pro* ἕπου· *pro quo* σπεῖο *in imperat. est aliquando* salutantis, *aliquando* valedicentis. 158

Χαίρω, gaudeo, χαίρῃς, 2. *sing. subj. præs. tempora sumit à* χαιρέω.

Τιμὴ, ῆς, ἡ, honor, pœna, *hìc* compensatio; *à* τίω, *honoro,* punio. 159

Αἴρω, tollo, capio; *hinc* ἄρνυμαι, *idem, et* parare cupio. *Quidam autem volunt esse* dando ἄρνα, pro eo aliquid vicissim accipere, *et* καταχρηστικῶς *ad alia tranferri.*

Κυνώπης, ου, ὁ, habens canis vultum: Angl. *dog-faced, impudent, Epith. Agamemnonis; à* κύων, canis, *et* ὢψ, vultus, oculus; *à quo* κυνῶπις, *fœmin.* γ. 180.

Μετατρέπω, converto; *hìc* curam gero. 160

'Αλεγίζεις, curas, 2. *sing. præs. ind.* ἀλεγίζω.

'Αφαιρήσεσθαι, ablaturum esse, *f.* 1. *inf. m. verbi* ἀφαιρέομαι. 161

Ἀπειλέω, *f.* ήσω, minor, *aliquando* glorior.

162 Μογέω, *f.* ήσω, laboro, patior; μογεύω, *idem; à* μόγις, *adverb.* vix, magno cum labore: *nam apud Græcos derivativa sæpè fiunt ab adverbiis.*

Δόσαν, *Ionic. et poët. pro* ἔδοσαν, 3. *pl. aor.* 2. *à* δίδωμι, do.

Υἷες Ἀχαιῶν, viri Achivi; υἷες, *n. pl. per sync. pro* υἱέες, *à* υἱεὺς, έος.

164 Εὐναιόμενος, η, ον, bene habitatus; *part. à* ναίω, habito, *quod Eustathius deducit à* νέω, cumulo.

Πτολίεθρον, ου, τὸ *addito* τ *pro* πολίεθρον, urbs; *à* πόλις, εως, ἡ, *idem.*

165 Πολὺς, πλέιων, πλεῖστος, multus. πλεῖον *scil.* μέρος. major pars.

Πολυάϊξ, κος, ὁ καὶ ἡ, impetuosus; *à* πολὺς, *et* ἀΐσσω, impetu ruo.

166 Ἕπω, curo, operor, tracto; *hinc* διέπω, administro, rego: *sed* ἕπω *cum tenui,* dico, *et* ἕπομαι, sequor.

Δασμὸς, οῦ, ὁ, divisio, *scil.* prædæ; *à* δάζομαι, *quod à* δαίω, divido.

167 Πολὺ, *additur comparat. et superlat.*

Ὀλίγος, η, ον, parvus, paucus; *ab* ὀλέω, *id est,* ὄλλυμι, *vel ab* ὅλος, totus, *per antiphrasin.*

168 Ἐπὴν, cùm, postquam, *pro* ἐπ' ἂν, *pro* ἐπεὶ ἄν.

Κεκάμω, defessus sum, 1. *sing. aor.* 2. *subjunct. verbi* κάμνω, laboro, *reduplicationem habens præteriti ; fut.* καμῶ, *præt.* κέκμηκα.

169 Φέρω, fero, *à quo formant Grammatici ab* ἀγαθὸς, bonus, *comparat.* φέρτερος, qui plus potest ferre, *vel* portare: *et ideo* validior, robustior: *et superl.* φέρτατος, φέριστος, *et* φέρτιστος.

170 Ἴμεν, *Dor. pro* ἰέναι· *ab* εἶμι, eo.

Κορώνη, ης, ἡ, cornix, summitas in curvamine arcûs, *et generalit.* quævis summitas. *Est etiam* inflexum *illud quod in navis puppi visitur ; item* quicquid inflexum ; *item* corona : *hinc* κορωνὶς, ίδος, ἡ, navis; *vel,* in quâ summitates inflexæ sunt; *vel,* in quâ puppis incurva est.

171 Ἐνθάδε, *adverb.* hìc.

Ἄτιμος, οῦ, ὁ καὶ ἡ, inhonoratus; *ex* α *priv. et* τιμὴ, honor.

Ἄφενος, εος, ὁ, *vel* τὸ, divitiæ: *sed propriè* census, *vel* reditus unius anni; *quasi* ἀφ' ἑνὸς ἔνου, uno anno collectum; *per syncop.* ἄφνος.

Πλοῦτος, ου, ὁ, divitiæ: παρὰ τὸ πολὺς *et* τῶ, *quod est,* accipio; *quasi* πολύυτος, à multis acceptæ; *vel quasi* πολύετος, *scil.* divitiæ multorum annorum decursu paratæ; *vel,* ex multorum annorum proventu provenientes. *Hoc autem differunt* πλοῦτος *et* ἄφενος, *quòd illud significet* divitias per multos annos et magno labore collectas; *hoc autem* uno anno et absque magno labore partas.

Ἀφύω, *f.* σω, haurio; ἀφύσσω, *idem: hìc autem* ἀφύξειν, *f.* 1. *infin. metaphoricè,* acquisiturum esse; ἀφύω *autem ab* ἀπὸ *et* ὕω.

173 Σέω, *et* σεύω, quatio, incito, urgeo, fugo, pello; *à* σεύω, *aor.* 1. ἔσσευα· *à* σεύω, *aufertur* ε *poeticè, hinc* σύω· *hinc præter. pass.* σέσυμαι, *et metathesi* ἔσσυμαι· ἐπέσσυται, 3. *sing.*

174 Εἵνεκα *poëticè pro* ἕνεκα.

175 Μητιέτης, ου, ὁ, qui magnus est consilio, prudens, sapiens; *à* μῆτις, ιδος, ἡ, consilium, deliberatio; *à* μήδομαι, curo, delibero, molior. Μητιέτα *est et nomin. ut hìc, ubi syllaba finalis* ης, *euphoniæ gratiâ mutata est in* α, *et vocat. ut infrà,* 508, *et sæpe alibi.*

176 Ἐχθρὸς, ὰ, ὸν, invisus, quem odimus, *item* qui odit; *generaliter,* ini-

micus. *comparat.* ἐχθίων, *superl.* ἔχθιστος· *ab* ἔχθος, εος, τὸ, odium; ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι, ab hærendo, *ut sit* odium quod animo infixum hæret.

Ἐσσὶ, es, *poët. pro* εἶ· *ab* εἰμὶ, sum.

Διοτρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, à Jove nutritus; *hic epitheton regum; vel quòd à Jove originem ducant, vel quòd ab eo regnum sint adepti; à* Διὸς, *et* τρέφω, nutrio.

Κρατερὸς, *et metathesi* καρτερὸς, ὰ, ὸν, fortis, durus, vehemens: *à* 178
κράτος, εος, τὸ, robur, victoria.

Ποῦ, *partic. enclit.* alicubi, uspiam: *aliquando vacat, ut hic; hinc* δήπου, *et* δήπουθεν, nimirùm, certè; *hinc* ὅπου, ubi; *ab* ὃς, ἣ, ὅ.

Ἕταρος, ου, ὁ socius, amicus, *pro* ἑταῖρος, *idem; aliquando* admini- 179
ster, *ab* ἔτης, socius. *genit.* ἔτου.

Μυρμιδόνες, ων, οἱ, Myrmidones, *à Peleo et Achille regnati.* 180

Σέθεν, *et* σέθεν, *poët. pro* σοῦ.

Ὄθη, ης, ἡ, cura: ὄθομαι, curo, moveor. 181

Κοτέοντος, irati, *part. præs verbi.* κοτέω.

Ὧδε, sic, hoc modo.

Πέμπω, mitto, *f.* πέμψω. 184

Κλισία, ας, ἡ, locus aliquis accubitorius, statio, tentorium; *à* κλίνω, 185
inclino, incumbo; κλισίηνδε, *pro* εἰς κλισίαν· κλισίηθεν, *pro* ἀπὸ κλισίας.

Στυγέω, *ab inusit.* στύγω, *fut.* στύξω, odi, timeo, horreo, tristor; *hinc* 186
Στὺξ, γὸς, ἡ, Styx, *palus apud inferos.*

Φάσθαι, *inf. aor. 2. med.* ἐφάμην, *à* φημί. 187

Ὁμοιωθήμεναι, *Doricè pro* ὁμοιωθῆναι, *inf. aor.* 1. *pass. ab* ὁμοιόω, assimilo, similem facio; *ab* ὅμοιος, similis.

Ἄντην, coram, palam, è contrario; *ab* ἀντί.

Πηλείων, ωνος, ὁ, *altera patronymici* Πηλείδης *forma; à* Πηλεύς. 188

Ἄχος, εος, τὸ, dolor, tristitia, *ut hic; aliquando,* perturbatio, calamitas, *ut Il.* κ. 145. τοῖον γὰρ ἄχος βεβίηκεν Ἀχαιοὺς, talis enim perturbatio *vel* calamitas urget Achivos *Aliquando* culpa, cujus gratiâ dolor alicui immittitur, *Il.* ν. 307. ἄλγεα πάσχει Μὰψ ἕνεκ' ἀλλοτρίων ἀχέων, dolores patitur incassum ob alienas culpas; *ab* α *privat. et* χαίνω, dehisco, *quòd facit, ut nè quis vel hiscat: vel ex* α *epitatico, et* χῶ, *id est,* χέω, fundo: *est enim* ἡ ἄγαν σύγχυσις, *inquit Eustath. ad quam Etym. alludit Homerus, Il.* ν. 381. κὰδδ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσι, dolor ei offusus est plurimis oculis. *Aliquando enim significat* lacrymas ex dolore ortas, *ut Od.* θ. 530. ἄχει φθινύθουσι παρειαὶ, lacrymis tabescunt genæ; *hinc Angl.* ache.

Ἦτορ, ορος, τὸ, cor, animus. *Eustath. indeclin. esse dicit ab* ἄω, spiro.

Λάσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, hirsutus: *à* λάχνη, ης, ἡ, lanugo. 189

Διάνδιχα, bifariam, dupliciter, *poëtic. et* ἄνδιχα, *idem, pro* δίχα, *idem, quod à* δὶς, bis; *quod per syncopen pro* δυάκις, *à* δύο· *hinc* διχάζω, divido; δὶς *in compositione ante vocalem retinet* σ, *ante consonantem modò retinet, modò non.*

Μερμηρίζω, *f.* ξω, solicitè cogito, delibero, anxiè dubito: *à* μέρμηρα, ας, ἡ, cura, angor, consilium; *quòd à* μερμαίρω *et* μερμίρω, *idem, quod fit per reduplicationem primarum literarum; à* μείρω.

Φάσγανον, ου, τὸ, gladius, ensis; *pro* σφάγανον, *per hypertithesin lite-* 190

rarum; à σφάζω, interficio; *quod à* φάω, *idem. Dicitur autem secundum quosdam quasi* σφαγαῖς γανύμενον, cædibus gaudens.

Ὀξὺς, εῖα, ὺ, acutus; *hinc* ὄξος, εος, τὸ, vinum quod acuit.

191 Ἀνίστημι, *f.* ἀναστήσω· ἀναστήσειεν, 3. *sing. aor.* 1. *opt. act. Æol. pro* ἀναστήσαιεν, excito, disturbo, dimoveo, *ex* ἀνὰ *et* ἵστημι.

Ἐναρίζω, *f.* ξω, interficio, spolio: *ab* ἐναίρω, *idem, ab* Ἄρης, εος, ὁ, Mars, bellum; *quod ab* αἴρω, tollo, *quia populum tollit è medio; hinc* ἔναρα, spolia.

192 Παύω, *f.* σω, finio, cessare facio: *sed* παύομαι, *cesso.*

Ἐρητύω, *f.* σω, cohibeo, reprimo, sedo, detineo; *Iliad.* β. 75. ἐρητύειν ἐπέεσσιν· *aliquando* prohibeo.

193 Ἕως, dum; *item* εἵως, interim, tamdiu, *pro* ὣς *poëtic. De cujus variis usibus consule Lexicon.*

Ὁρμαίνω, in animo cogito, revolvo, incito, impetu feror; *ab* ὁρμὴ, *quod mutando spiritum, à præt. pass.* ὥρμαι, *verbi* ὄρω, concito, excito.

194 Ἕλκω, *f.* ξω· ἕλκετο, 3. *sing. imperf. ind. med. poët. pro* εἵλκετο, traho; *ab Heb.* הלך *hillech,* ire facio, duco.

Κολεὸς, οῦ, *Ion.* οῖο, ὁ, vagina; *à* κοῖλος, η, ον, cavus; *ab Hebr.* חל perforare.

Ξίφος, εος, τὸ, ensis, gladius.

Ἀθήνη, *aliquando* Ἀθηναίη, *ut* 199, *ita dicitur Minerva, quasi* ἀθήλη, *à* θηλάζειν, ubera fugere, *quòd ex Jove capite prosiliens, integræ puella ætatis, non ut lactaretur necesse esset. Vel ab* ἀθρεῖν, videre, *quòd Minervâ prudentia intelligatur.*

195 Οὐρανόθεν, è cœlo; *ab* οὐρανὸς, οῦ, ὁ, *quod ab* οὖρος, *Ionicè pro* ὅρος, ου, ὁ, terminus, limes, *quia cœlum terminat aspectum nostrum.*

Ἵημι, mitto, *f.* 1. ἥσω, *præt.* εἷκα, *aor.* 1. ἧκα· προῆκε *per tmesin.*

Ἥρα, ας, *et Ion.* Ἥρη, ης, ἡ, Juno, *Jovis soror et conjux.*

196 Ἄμφω, ambo; *ab* ἀμφὶς, utrinque.

197 Στῆ, *pro* ἔστη, *poët. ablato augmento,* 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἵστημι.

Ὄπιθεν, *Ionicè pro* ὄπισθεν, post, retro; *ab* ὀπίσω.

Ξανθὸς, ὴ, ὸν, flavus, floridus; *ab* ἄνθος, εος, τὸ, flos, *præposito* ξ. ξανθῆς κόμης ἕλε Πηλείωνα, *Verba prehendendi adsciscunt genit. cùm totius partem aliquam prehendi indicant.* Sic κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρός.

Ἕλε, *hìc,* prehendit, ε. 37. interfecit; *ab* ἕλω, *pro* εἷλον, *aorist.* 2. *verbi* αἱρέω. *Vide antè* 137.

198 Φαίνω, apparere facio; -ομαι, appareo: *derivatur à* φάω, luceo; *unde* φαείνω, *contr.* φαίνω, *ut* αἴρω *ex* ἀείρω, *ut antè.*

Ὁρᾶτο, 3. *sing. imperf. ind. poët. pro* ὡρᾶτο, *à verbo* ὁράω, video.

199 Θαμβέω, *f.* ήσω, timeo, tremo, *nempe* admiratione attonitus, admiror; *à* θάμβος, εος, τὸ, pavor, admiratio; *quod à* θήπω, stupefacio; *vel ex* θάπος, stupor, *interposito* μ, *et mutato* π *in* β. *Vel secundum Eustath. ex* θέα *et* ἐμβιβάζεσθαι, *ut sit* ἡ διὰ θέας ἐμβιβαζομένη ἔκπληξις εἰς τὴν ψυχὴν, stupor à spectro in animam inductus.

Μετετράπετο, retro se convertit, 3. *sing. aor.* 2. *verbi* μετατρέπω.

Γιγνώσκω, *vel* γινώσκω, nosco, censeo, statuo, agnosco. *Eustathius tradit à verbo* νοῶ, cogito, *fieri* νοέσκω, *per synær.* νώσκω, *et addito Æo-*

lied γ, γνώσκω· *ex* γνώσκω *autem per reduplicationem fieri* γιγνώσκω. *fut.* 1. γνώσομαι, *præt.* ἔγνωκα, *quasi à* γνόω· *aor.* 2. ἔγνων, ως, ω, &c. *unde* γνῶθι *in imperat.* γνοίην *in optat. et* γνῶ *in sub. tanquam à* γνῶμι.

Παλλὰς, άδος, ἡ, Pallas *seu* Minerva; *à* πάλλω, vibro, quatio, *quia dicitur hastam vibrare.* 200

Φάανθεν *pro* φάνθεν, *addito* α *poët. pro* ἐφάνθησαν, 3. *pl. aor.* 1. *pass. Bœot. ut dicitur, à* φαίνω.

Φωνέω, *f.* ήσω, voco, dico, vocem emitto, *à* φωνὴ, ῆς, ἡ, vox, *quod dicitur quasi* φῶς τῦ νοῦ, lux mentis; *aut simpliciter ex* φάω, dico. 201

Πτερόεις, εσσα, εν, alatus. *Aliquando* sagittis *tribuitur, seu quòd pennatæ sunt, seu quòd celeriter ferantur modo avium; aliquando etiam* verbis, *ut hìc, quòd emissa ex ore revocari nequeant; à* πτερὸν, οῦ, τὸ, ala; *per syncop. pro* πετερὸν, *quod à* πέτομαι, *et* πετάομαι· *et syncop.* πτάομαι, volo; *à* πτερὸν, *fit* πτερύσσομαι, *propriè* alarum plausu latera ferire, *ut gallinacei ante cantum. Metaph.* lætor, gaudeo.

Τίπτε, cur, *et syncop.* τίπτε, *idem: à* πότε, quando; *item* quoniam. 202

Αὖθι *pro* αὐτόθι, αὖτ', rursus, *pro* αὖτε.

Αἰγίοχος, ου, *Ion.* οιο, ὁ, qui habet scutum confectum ex pelle caprinâ; *ab* αἰγὶς, ίδος, ἡ, pellis caprina; *ab* αἲξ, γὸς, ἡ, capra, *et* ἔχω, habeo, teneo.

Τέκος, εος, τὸ, partus, filius, *vel* filia, fœtus, *tam* parvulus, *quàm* adultus, *tam* brutorum, *quàm* hominum, *ab aorist.* 2. ἔτεκον, *verbi* τίκτω, pario; *ab inusitato* τέκω.

Εἰλήλουθα, veni, *pro* ἐλήλυθα, *interposito* ι, *quod est pro* ἐλήλυθα, *interposito* ι, *ab* ἔρχομαι, ἐλεύσομαι, *aor.* 2. ἤλυθον, *per syncop.* ἦλθον, *præt. med.* ἤλυθα, *Attic. reduplicatis primis præsentis* ἐλήλυθα· *ab inus.* ἐλεύθω. *Vide suprà* 12.

Ὕβρις, εως, ἡ, injuria, contumelia, injuria petulanter illata: *hinc* ὑβρίζω, contumeliâ afficio. 203

Εἴδω, video, *ind.* 2. εἶδον, *poët.* ἴδον, ἴδῃς, 2. *sing. aor.* 2. *act. subj.*

Ἔκ τοι ἐρέω, *per tmesin pro* ἐξερέω. 204

Οἴω, *per diæresin pro* οἶω, puto.

Ἧς, *dat. pl. f. pronom.* ὃς, suus, *Ion. pro* αἷς. 205

Ὑπεροπλία, *et* εία, ας, ἡ, superbia; ὑπεροπλίῃσι, *dat. plur. Ion. ab* ὑπέροπλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in armis se omnia posse putat, *ideoque* superbus; *ab* ὑπὲρ *et* ὅπλον, ου, τὸ, arma; *hinc* ὁπλίζω, armo, paro.

Τάχ' *pro* τάχα, brevi, citò, confestim, *ut Iliad.* β. 193. τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν, mox autem puniet Græcos. *Aliquando* velociter, *ut Il.* σ. 524. οἱ δὲ τάχα προγένοντο, illi verò velociter procedebant. *Aliquando* fortè, *ut hìc,* τάχ' ἄν ποτε, fortè aliquando. *Factum autem est ex* τάχεα, *per syncop. neutr. pl.* τοῦ ταχὺς, celer, velox. *Aliquando* frequens, *ut Il.* φ. 491. ταχέες δ' ἔκπιπτον ὀϊστοὶ, frequentes deciderunt sagittæ; *pro* ταχύτερος, *comparat. est* θάσσων *apud Homer. ut Il.* ο. 570. οὔτε ποσὶν θάσσων, neque velocior pedibus; *et hinc* θᾶσσον *adverbium, pro quo* θᾶττον, *Hymn. in Merc.* 255. *pro* ταχύτατος *dicitur* τάχιστος *in superl. ut Iliad.* γ. 102. ἄλλοι δὲ διακρινθεῖτε τάχιστα, at cæteri dirimamini citissimè: *derivatur à* τάζω, extendo, *vel ex* τάω, *et* χύω, fundo: *cursor in viâ extenditur, et quasi effunditur, inquit Har-*

mar; hinc ταχέως, *ut Iliad.* ψ. 365. *et* ταχὺς, velocitas; *ibid.* 406. *et* ταχύτης, *ibid.* 740.

206 Γλαυκῶψ, ωπὸς, ὁ καὶ ἡ, qui cæsios habet oculos, *à* γλαυκὸς, ἡ, ὸν, cæruleus, color cæsius, *et* ὤψ, ὠπὸς, ὁ, vultus, oculus. Γλαυκώπης, *idem;* γλαυκῶπις, ιδος, *fœm. epithet. Minervæ.*

207 Πίθηαι, *Ionicâ resolutione pro* πίθῃ, *vel potiùs paragogicè, aor. 2. med. subjunct. à* πείθω, persuadeo; *vide suprà* 33.

208 Πρὸ ἧκε, *per tmesin pro* προῆκε, *vide suprà* 195.

209 Φιλέω, *f.* ήσω, amo, diligo, amicè tracto; *aliquando* osculor. *Il.* γ. 207. ἐν μεγάροισι φίλησα, in meis ædibus amicè tractavi. *Odyss.* τ. 195. ἐνδυκέως φιλέων.

210 Λήγω, *f.* ξω, cesso, *aliquando* cessare facio, remittere, *ut Iliad.* ν. 423. οὐ λῆγε μένος μέγα, non remittebat iram magnam.

211 Ὀνειδίζω, *f.* σω, convitior: *ab* ὄνειδος, εος, τὸ, opprobrium. *Dicitur, inquit Eustath. quasi* ὄνεσις, reprehensio: *ab* ὀνόω, reprehendo, vitupero.

Ἐστὶ, licet, ἦν, licebat, ἔσται, licebit, accidet.

212 Ὧδε, *adverb.* sic, hoc modo, *hìc pro* τῷδε· *ab* ὅδε, ἥδε, τόδε, hic, hæc, hoc.

213 Παρέσσεται, *poët. pro* παρέσεται, aderit, 3. *sing. fut. verbi* πάρειμι.

Δῶρον, ου, τὸ, donum; *à* δίδωμι, *f.* δώσω, do, *ut* donum *à* do *apud Latinos.*

214 Ἴσχω, *et* -ομαι, habeo, retineo, coërceo, prohibeo, impetum reprimo, *ut hìc: ab* ἔχω· ἴσχεο, *Ionicè pro* ἴσχου *imperat. ab* ἴσχομαι.

216 Χρὴ, *impers.* opus est, oportet: *imperf.* ἔχρην *et* χρῆν, *infin.* χρῆναι, *pro quo etiam aliquando* χρῆν. *Quidam volunt* χρὴ, *per apocopen pro* χρήζει, *à* χρεία, ας, ἡ, indigentià, necessitas.

Σφωΐτερος, ίρα, ερον, suus, *aliquando* tuus, *aliquando* vester; *à* σφῶε.

Εἰρύσασθαι, *metri causâ pro* ἐρύσασθαι, *aor. infin. interposito* ι, *et sic significat aliquando* servare aliquid in animo reconditum: *aliquando sequente* ἔπος, *ut hìc,* consilium *vel* mandatum sequi, observare: ἐρύω *antè.*

217 Καὶ μάλα περ, *per tmesin pro* καίπερ, etsi.

Ἄμεινον, *scil.* ἐστὶ, melius est; *ab* ἀμείνων, *comparat. ab* ἀγαθὸς, bonus.

219 Κώπη, ης, ἡ, remus, *item* manubrium: *à* κόπτω, scindo, ferio, percutio; *quia quasi aquam scindit.*

Σχέθω, habeo, teneo, reprimo: *tempora sumit à* σχέω, *idem: ab* ἔχω, *et idem* ἴσχω· σχέθε, 3. *sing. imperf. pro* ἔσχεθε, *poët.*

220 Κουλεὸς, οῦ, ὁ, vagina, *pro* κολεὸς, *per epenthesin* τοῦ υ.

Ὠθέω, trudo, pello, *fut.* ὠθήσω *et* ὤσω, *aorist.* 1. ὦσα *vel* ἔωσα, *præt.* ἔωσμαι, *Attic. pro quibus etiam reperiuntur* ὦσα *et* ὦσμαι, *sine augmento Attico; ab* ὤθω.

Ἀπιθέω, *f.* ήσω, non obedio; *ex* α *privat. et* πείθω, persuadeo; πείθομαι, persuadeor, *seu* pareo; *pro* ἀπειθέω, *metri causâ abjicit* ι, *et corripit antepenultimam.*

221 Βαίνω, eo; *f.* βήσομαι, *præt.* βέβηκα· βεβήκειν, 3. *sing. perf. ind.*

222 Δαίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, deus, numen, fortuna, *quasi* δαήμων, sciens et peritus artifex; *à* δαίω, scio. *Nam dæmonibus antiquitas humanarum artium inventionem tribuit, inquit Constant.*

'Ατάρτηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, *vel* ἀτηρτηρὸς, ὰ, ὸν, obnoxius, contumax, con- 223
tumeliosus, *pleonasmo syllabæ* ταρ, *pro* ἀτηρὸς, *idem : est etiam* insuperabilis, intractabilis; *ab* ἄτη, ης, ἡ, damnum; *hinc* ἀτάω, *fut.* ήσω, lædo, noceo; *est etiam* "Ατη dea, *quæ damna et infortunia hominibus mittit.*

Οἰνοβαρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, vino gravis, ebrius: *ab* οἶνος, ου, ὁ, vinum, *et* 225
βαρὺς, εῖα, ὺ, gravis; οἶνος *autem ab* ὀνίω, juvo, *ad quod etymon, inquit Scapula, Athenæus scribit Homerum allusisse, Il.* ζ. 261. ὀνήσεαι, αἴ κε πίῃσθα.

"Ομμα, τος, τὸ, oculus, *item* aspectus, facies: *ab* ὁράω, video, *vel ab* ὄπτομαι, *idem, cujus præt. pass.* ὦμμαι.

Κραδία, ας, ἡ, *Ion.* κραδίη, cor, *per metathesin pro* καρδία· *à* κέαρ, τὸ, *idem ; vel, ut quidam putant,* κραδία *à* κραδαίνω, tremore commoveo; *quòd perpetuo cor palpitet.*

"Ελαφος, ου, *Ion.* οιο, ὁ, cervus, *deducitur ab* ἐλᾷν τοὺς ὄφεις, *à* capiendo serpentes, *vel, secundum Martinium, ab* אלף *eleph,* bo s *est enim bos ferus.*

Θωρήσσω, *fut.* ξω, armo, induo thoracem, θωρηχθῆναι *aorist.* 1. *pass.* 226
inf. à θώραξ, κος, ὁ, lorica, thorax, vestis quâ tegitur pectus, à corde θορεῦντι, *id est,* saliente; *vel à* θεῖος, divinus, *et* ὁρῶν, custodire, *quod mentem divinam nostri partem contineat et servet.*

Λόχος, ου, ὁ, agmen, cohors, insidiæ; *à* λέγω, cubare facio: *hinc* λο- 227
χάω, insidior.

'Αριστεὺς, έος, ὁ, princeps, omnium fortissimus, qui primarius est inter alios: *ab* ἄριστος, optimus; *quod ab* "Αρης, Mars: *hinc* ἀριστεύω, *et* ἀριστεία· ἀριστήεσσιν, *est dat. pl. Ion. pro* ἀριστεῦσι.

Τέτληκας, 2. *sing. perf. ind. per syncopen pro* τετάληκας, *à* ταλάω, 228
syncope τλάω, suffero, tollero; *item* sustineo, *id est* audeo: *hinc* τελαμὼν, ῶνος, balteus quo cingitur ensis; *et* τάλας, αινα, αν, miser, *quia multa perfert ; et* "Ατλας, αντος, ὁ, *qui cœlum humeris sustinet, per metath.*

Κῆρ *pro* κέαρ, ατος, τὸ, cor; *sed* ἡ κὴρ, ρὸς, fatum, *plerumque in malam partem,* mors, fatalis calamitas; *à* κύρω, consequor.

Εἴδεται, videtur, 3. *sing. præs. ind. ab* εἴδομαι.

Λωΐων, ονος, ὁ καὶ ἡ, melior, *compar. ab* ἀγαθὸς, *superl.* λώϊστος, *con-* 229
tract. λῷστος· *fit à* θέλω, *et Dor.* λῶ, *vel* λάω, *quasi id quod magis volumus.*

Εὐρὺς, εῖα, ὺ, latus, amplus.

'Αποαιρεῖσθαι, *poët. pro* ἀφαιρεῖσθαι, *præs. inf. verbi* ἀφαιρέομαι, aufero, 230
eripio. *Vide infrà* 275.

'Αντίον, ex adverso, contrà; ἀντίον αὐδᾷν, respondere; ἀντίον εἰπεῖν, contradicere: *ab* ἀντίος, adversus, ex adverso stans, *quod ab* ἀντὶ *præp.*

Δημοβόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, populum devorans, qui bona populi devorat et 231
profligat: *à* δῆμος, populus, *quasi* δεσμὸς, οῦ, ὁ, *à* δέειν, *videlicet à* ligando, *quia est cœtus hominum collectus, et* βορὰ, ᾶς, ἡ, pabulum, esca, cibus *propriè* brutorum, *à* βόω, *vel* βόσκω, pasco.

Βασιλεῦς, *vocat. Att. pro* βασιλεῦ.

Οὐτιδανὸς, οῦ, ὁ, homo nullius pretii: *ab* οὔτις, ιος, ὁ καὶ ἡ, nullus, *addit.* δα.

232 Ὕστατα, postremum; *ab* ὕστατος, άτη, ατον, *quod ab* ὕστερος, posterior; ὕστατος, *tanquam ab* ὑστεράτατος.

Λωβάομαι, ῶμαι, injuriam infero, contumeliâ afficio: *à* λώβη, ης, ἡ, contumelia, injuria, *quod dicitur secundum Eustath. quasi* λαόβη, *à nomine* λαὸς, *et verbo* βαίνω, *ut sit* ἡ εἰς τὸ φανερὸν ὕβρις, injuria *vel* contumelia palam illata; λωβήσαιο, 2. *sing. aor.* 1. *opt.*

233 Ἐπὶ—ὀμοῦμαι, *per tmesin pro* ἐπομοῦμαι, 1. *sing. fut.* 2. *ind. med. verbi* ἐπόμνυμι, juro.

Ὅρκος, ου, ὁ, jusjurandum; *ab* εἴργω, includo, ὅτι ὁ ὀμνύων καθείργνυται πῶς οἷς ὁμολογεῖ.

234 Ναὶ, certè, etiam, *adv. affirmantis: item usurpatur jurejurando.*

Φύλλον, ου, τὸ, folium: *à* φύω, produco, nascor, *vel secundum Eustath. à* φυσᾶν, sufflo, *et* λαλαγεῖν, resono: διὰ τὸ ἐν τῷ φυσᾶσθαι λαλαγεῖν.

Ὄζος, ου, ὁ, nodus arboris, *et etiam* ramus inde exoriens; *metaph.* homo bellicosus: *dicitur* ὄζος ἄρηος, *quasi* ramus à Martis stirpe prognatus, *Iliad.* β. 663. *de Licymnio, et* γ. 147. *de Hicetaone, et alibi.*

235 Φύω, *f.* σω, *præt.* πέφυκα, gigno, pario, edo.

Τομὴ, ῆς, ἡ, sectio, stirpis amputatio; *à* τέμνω, scindo, *cujus præt. med.* τέτομα.

Ὄρος, εος, τὸ, mons, *dat. plur.* ὄρεσι, *poët.* ὄρεσσι.

Λείπω, relinquo, *fut.* λείψω, *aor.* 2. ἔλιπον, *præt. med.* λέλοιπα.

Θάλλω, *et* θαλλέω, *fut.* ήσω, germino, pubesco; θηλέω, *Ion. ab Heb.* טל *tal,* ros, *qui pullulationis causâ, ad quod etymon alludit Homer. Odyss.* ν. 245. *de Ithacâ in Minervæ oratione Ulyssi;* αἰεὶ δ' ὄμβρος ἔχει τεθαλυῖά τε ἔρση, semper habet pluvia illam, virescensque ros, *id est,* qui facit virescere.

236 Χαλκὸς, οῦ, ὁ, æs, ferrum, *per metonymiam* quicquid ex ære conflatur: gladium *aliquando et* alia arma *significat. Inde tradunt dictum esse quasi* χέων ἀλκὴν, παρὰ τὸ χέειν τὴν δύναμιν τῶν ἐναιρουμένων.

Λέπω, decortico, *fut.* λέψω· περιέλεψε, 3. *sing. aor.* 1. *ind. act.*

237 Φλοιὸς, οῦ, ὁ, cortex; *à* φλέω, fœcundus sum.

Αὖτε, *hic pro* δέ.

238 Παλάμη, ης, ἡ, palma, manus: παλάμῃς, *dat. plur. pro* παλάμαις, *à* πάλλω, vibro.

Φέρω· *hinc* φορέω, *propriè* fero vestem aliquam, *sed general.* gesto, gero quocunque modo.

Δικασπόλος, ου, ὁ, judex, qui versatur circa jus; *interdum idem quod rex: à* δίκη, ης, ἡ, jus, causa, accusatio, mulcta, *et* πολέω, versor.

Θέμις, ἡ, lex, fas; *hinc* θεμιστὸς *vel* θεμιτὸς, licitus, sanctus: *habet genit.* θέμιτος *et* θέμιδος· *à* τίθημι, pono. *Sunt enim* θέμιστες, νόμοι τιθέντες, positæ et constitutæ leges.

239 Εἰρύαται, *Ion. pro* εἴρυνται, 3. *plur. perf. ind. pass. mutato* ν *in* α, custodiunt, *ab* εἰρύω.

240 Πόθος, ου, ὁ, desiderium, amor, affectus, cupido; *hinc* ποθὴ, ῆς, ἡ, *idem;* ποθέω, desidero; *à* πέποιθα, *præt. med. verbi* πείθω· *persuadet enim desiderium homini, ut id desideret quod desiderat, inquit Etymol.*

Ἵξομαι, *fut.* 1. *med. verbi* ἱκνέομαι, *mutuatitium ab* ἵκομαι.

Δύναμαι, *f.* δυνήσομαι, possum; δυνήσεαι, 2. *sing. f.* 1. *med. pro* δυνήσῃ, 241 *à* δυνὸς, validus, peritus.

Εὖτε, quando, dum, sicut, ita; *pro* εὖτε *dicunt poëtæ* ἠΰτε. 242

Ἀνδροφόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, homicida, viros interficiens, πολεμικός· *ab* ἀνὴρ *et* φένω, occido.

Πίπτω, cado, interficior, prosternor; *aliquando* profligor. *Vide Il.* 243 *β.* 175. *fut.* πεσοῦμαι, *præt.* πέπτωκα, *aor.* 2. ἔπεσον· *à* πέτω, cado, *inus.*

Ἔνδοθι, *pro* ἔνδοθεν, *poët.* intus; *ab* ἔνδον, intus.

Ἀμύσσω, *f.* ξω. rado unguibus, lanio, vellico, animum exulcero. *Metaph. ab* αἷμα, *inquit Etym. hinc* ἀμυχὴ, ῆς, ἡ, laceratio.

Γαῖα *vel* γαίη, ης, ἡ, terra, *et per aphæresin literæ* γ, *fit* αἶα, *in* 245 *prosâ* γῆ, *idem; γαῖα dicitur quasi* μαῖα *vel* ῥαῖα, *quia terra semen excipit, exceptumque gremio corrumpit; à* γῆ, *fit* γῆρας, ατος, τὸ, senectus, *quia senex ad terram despicit.*

Ἧλος, ου, ὁ, clavus; *hinc* καθηλόω, *f.* ώσω, clavo defigo, *vel* con- 246 figo. *Est etiam* ἧλος, morbus quidam rotundus, callosus, capiti clavorum persimilis; *ab* ἕω mitto, *quòd immittatur iis quæ compinguntur.*

Πείρω, transfigo, *fut.* 1. περῶ, *perf.* πέπαρκα, *aor.* 1. ἔπειρα, *aor.* 2. ἔπαρον, *perf. pass.* πέπαρμαι, *aor.* 1. ἐπάρθην· *hinc* πόρος, ου, ὁ, meatus, *per quem aliquid influit.*

Ἑτέρωθεν, ab alia parte: *ab* ἕτερος, ρα, ρον, alter; *quod ab* ἓ, se. 247

Ἡδυεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, dulcè loquens; *ab* ἡδὺς, εῖα, ὺ, dulcis, *et* ἔπω, 248 dico.

Ἀνορούω, *f.* σω, surgo, exsurgo, impetu fero; ἀνόρουσε, 3. *sing. aor.* 1. *ind. act. ab* ἀνὰ, *et* ὀρούω, *quod ab* ὄρω, elevo, attollo, concito.

Λιγὺς, εῖα, ὺ, stridulus, *aliquando in bonam partem, et significat* jucundus, sonorus, facundus; *à* λίγγω, strideo, resono, *quod per Onomatopœïam à sono fictum; idem* λιγαίνω· λιγυρὸς, ὰ, ὸν, *idem cum* λιγύς.

Ἀγορητὴς, ου, ὁ, concionator, orator; ἀγορητὺς, ύος, ἡ, concionandi ars: *ab* ἀγοράομαι.

Γλῶσσα, *et Att.* γλῶττα, ης, ἡ, lingua, *item* sermonis forma, *et* lin- 249 gula tibiæ, *ob similitudinem.*

Μέλι, ιτος, τὸ, mel; *hinc* μέλιττα, ης, ἡ, apis. *Eustath. deducit* παρὰ τὸ μέλω, curo, *quia cum curâ quæritur ab hominibus et cupide appetitur.*

Γλυκὺς, εῖα, ὺ, γλυκίων, ιστος, *et* ύτερος, ύτατος, *et* γλύσσων, *pro* γλυκύτερος, dulcis, *transfertur ad multa, pro suavi seu jucundo: hinc* γλεῦκος, εος, τὸ, mulsum, vinum quoddam suave.

Ῥέω, *tempora sumit à* ῥεύω, fluo, *propriè de rebus liquidis: item* dico, loquor, *pro quo usitatius est* ῥημὶ, *aor.* 1. ἐῤῥήθην· ῥέεν, 3. *sing. imperf. ind poët. pro* ἔῤῥει, ν *addito propter seq. vocalem.*

Γενεὰ, ᾶς, ἡ, genus, generatio, progenies, *aliquando* spatium septem 250 annorum; *aliquando* triginta, *aliquando* centum: *à* γίνομαι.

Μέροψ, οπος, *epitheton propriè hominis: à* μερίζω, divido, *et* ὂψ, vox: *ab* ἔπω, dico, *hinc homines dicuntur* μέροπες, *quòd articulatâ linguâ loquantur, quod soli homini datum est inter animantia: vel quòd hic*

aliâ, ille aliâ linguâ et dialecto loquatur; vel à divisione vocis, quæ post Chaldæam turrim facta proditur. Sunt etiam qui Θνητὸν *significare dicant.*

Ἄνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, homo: *ab* ἄνω, supra, *quod cum articulo supplet vicem nominis: hinc* πρὸς τοὺς ἄνω, ad superos, *et* ἀθρέω, aspicio, *et* ὤψ, vultus, *juxta Ovid.*

Os homini sublime dedit, cœlumque tueri, &c.

Plato putat ἄνθρωπος *dici quasi* ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε, contemplans quæ videt. *Alii, quasi* ἄνω ῥέπων, sursum vergens.

251 Φθίνω, *et* φθίω, corrumpo, contabesco, consumor, pereo; *à* φθίω, *idem;* ἐφθίατο, *Ion. pro* ἔφθιντο, 3. *pl. plusquamperf. passivi: facta ex* 3. *sing. inserto* α *ante* το.

Πρόσθεν, antea, *et poët.* πρόσθε, *à* πρὸ, ante.

Τέμνω, *f.* μῶ, seco, scindo, *ut ante,* α. 458. *hìc* ferio: *nisi* ὅρκια *hìc etiam, ut et* γ. 248. *sit potiùs metonymicè accipiendum pro illis agnis, quorum pili in hoc fœdere faciendo abscissi fuerant, et distributi omnibus iis, quibus fœdus fuit observandum;* ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας, agnorum ex capitibus abscidit pilos, &c. *de fœderis sanciendi more, vide* γ. 269. *et sequentibus: quòd si ita accipiendum,* τέμνω, *propriam significationem habet; et* ὅρκια πιστὰ τέμνειν, *est, per metonymiam adjuncti,* fœdera fida ferire.

Ἀριθμέω, *fut.* ήσω, numero: ἀριθμέομαι, *idem, item* numeror, *ut hìc; jungitur* ἀριθμέω *cum* καταλέγω, *Odyss.* π. 235. ἄγε μοι μνηστῆρας ἀριθμήσας κατάλεξον, agè, procos numero recense; *deducitur autem ab* ἀριθμὸς, ῦ, ὁ· *hoc autem ab* ἄρω, apto, *quòd ex unitatibus aptè conjunctis numerus resultet; vel quòd sit discreta quantitas, quasi* ἀριτεμὸς, *ab* ἄρι *et* τέμνω· *est enim admodum divisibilis, inquit Harmar.* ἀριθμηθήμεναι, *poët. pro* ἀριθμηθῆναι.

125 Λέγω, *fut.* ξω, dico, colligo, cubare facio, *vel* cubitum demitto; λέγομαι, dicor, recenseor, *item* dico, *et* recenseo, dissero, diligor, colligo, cubo, dormio; λέξασθαι, *aor.* 1. *inf. med.*

Ἐφέστιος, ίυ, ὁ καὶ ἡ, domesticus, *item qui habet larem ubi deget, ut hìc;* civis, indigena, incola; ἐφέστιος *etiam dicitur,* qui domi est, *vel* qui domum rediit; *sic aliquando dicitur de eo qui sedem alienâ tellure, vel civitate ponit, ut illud intelligi potest, Odyss.* η. 248. ἀλλ'

ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων, sed me infelicem duxit fortuna domesticum, *id est,* ut cum illâ, *scil.* Calypso, habitarem; *ab* ἐπὶ, *et* ἑστία, ας, ἡ, focus, lar, domus; *aut, secundum alios,* ara quæ juxta focum extructa erat; *aliquando significat* Vestam, *ut Hym. in* Vestam, *primo versu, quòd illa primùm domos ædificaverit; ab* ἕω, ἕσω, colloco.

Ἕασσι, *poët. et Ion.* ἔασι, *pro* εἰσί.

Δεκὰς, άδος, ἡ, numerus denarius; *item* decuria, *ut hìc; à* δέκα, decem. 126

Διακοσμέω, *fut.* ήσω, distribuo, digero, ordino *ut hìc; aliquando* compono, adorno, instruo, orno, dispono; *à* κόσμος, ου, ὁ, ordo: διακοσμηθεῖμεν, *syncope pro* διακοσμηθείημεν, 1. *pl. aor.* 1. *optat. pass.*

Δευοίατο, *Ion. pro* δεύοιντο, eguerint, 3. *pl. præs. opt. à* δεύομαι. 128

Πλέας, *poët. pro* πλέονας, *et hoc pro* πλείονας, *per syncop. à* πλείων, ονος· *sic etiam legitur* πλέες *pro* πλέονες. 129

Ναίω, habito, incolo, *hìc cum præpositione, aliquando sine præpositione; aliquando* habitor, incolor, *poët.* ναίομαι, *infrà* 626. νήσων αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς, insulis quæ habitantur trans mare: ναίομαι, habitor, incolor. 130

Ἐπίκουρος, ου, ὁ κ) ἡ, auxiliator *in bello,* auxiliaris, auxiliarius; *hinc* ἐπικουρέω· ἐπίκουρος *autem ab* ἐπὶ *et* κοῦρος, juvenis, *ante; quòd juvenum potissimùm est in bellicis rebus versari. Nota,* ἐπίκουρος *et* σύμμαχος *ita inter se differunt;* ἐπίκουροι οἱ τῶν πολεμουμένων βοηθοὶ, σύμμαχοι δὲ τῶν πολεμούντων· ἐπίκουροι, *sumit auxiliatores illorum qui oppugnantur;* σύμμαχοι, *illorum qui oppugnant: illi ex aliâ regione sunt, ideoque vocantur* (ι. 233.) τηλέκλυτοι, ex longinquo vocati, *et* (κ. 420.) πολύκλητοι ἐπίκουροι· *hi sæpè* commilitones.

Ἐγχέσπαλος, ου, ὁ κ) ἡ, qui hastam vibrat, vibrandæ hastæ peritus, *et proinde,* bellicosus; *ab* ἔγχος, εος, τὸ, hasta; *quod ab* ἔχω, habeo, *et* πάλλω, quatio, vibro. 131

Πλάζω, *fut.* γξω, errare facio; *aliquando* averto, amoveo, *ut hìc; aliquando* disturbo, *ut Odyss.* β. 396. πλάζε δὲ πίνοντας, disturbavit autem bibentes; πλάζομαι, erro. 132

Εἰῶσ' *pro* ἐῶσι, *poëticè,* 3. *plur. præs. ind. vel subj. verbi* ἐάω, sino.

Βεβάασι, *Ion. pro* βεβήκασι, *à* βαίνω, *quasi à* βάω. *Iones in verbis in* άω *et* έω *subtrahunt* κ *ex præteritis, et corripiunt penultimam; hinc etiam in participio* βεβαὼς, ξ. 477. ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαὼς, fratrem circumstans; *hinc etiam* ρ. 359. ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν, *per syncop. pro* βεβηκέναι, *infin. et* ρ. 286. οἱ περὶ Πατρόκλῳ βέβασαν, quia circa Patroclum iverant, *pro* βεβάασαν, *et hoc pro* ἐβεβήκεσαν. 134

Ἐνιαυτὸς, οῦ, ὁ, annus; *ab* ἐν αὐτῷ ἰέναι, *quia in seipsum annus redit.*

Σήπω, *fut.* σήψω, *aor.* 2. ἔσαπον, *et* ἔσηπον, putrefacio; σήπομαι, putresco, putrefio, *præt. med.* σέσηπα, putrefactus sum, *ut hìc.* 135

Σπάρτον, ου, τὸ, spartum, genus vitilium; *propriè est (inquit Plinius)* juncus aridi soli, *et per metonym. materiæ,* funis sparteus; *à* σπαρτὸς, ἡ, ὸν, seminatus: *quod à* σπείρω.

Λέλυνται, solvuntur, 3. *pl. perf. pass. verbi* λύω.

Εἵαται, *poët. pro* ἕαται· ἕαται *autem Ionicè pro* ἧνται· *ab* ἧμαι, sedeo, 137

perf. pass. vel potiùs præs. nam sedent *significat hìc, et in aliis locis ; hinc* εἵατο, sedebant, *plusquamperf. vel imperf.*

Ποτιδέγμεναι, *pro* προσδεχόμεναι, *Doric. vel potiùs pro* προσδεδεγμέναι, *part. perf. pass. verbi* προσδέχομαι. *Participia enim præt. pass. fiunt proparoxytona, cùm augmento carent.*

138 Ἀκράαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, imperfectus, *ut hìc*, irritus ; *à* κραίνω, perficio, efficio, *item* impero, rego.

140 Πατρὶς, ίδος, ἡ, *aliquando substantivè usurpatur, interdum adjectivè ; cum* γαῖα, *ut hìc ; cum* αἶα, *ut* δ. 172. μνήσονται Ἀχαιοὶ πατρίδος αἴης, recordabuntur Achivi patriæ terræ ; *cum* ἄρουρα, *Od.* α. 407. ποῦ δέ νύ οἱ γενεὴ καὶ πατρὶς ἄρουρα, ubinam ei genus et patrium solum ; *à* πατήρ.

141 Αἱρήσομεν, capiemus, 1. *plur. fut. ind. verbi* αἱρέω.

142 Ὀρίνω, concito, turbo, *ita* commoveo ut persuadeam, *ut hìc*, ad iram commoveo ; *tribuitur etiam mari, ut infrà* 294. ὀρινομένη τε θάλασσα, commotumque mare ; ὄρινε, 3. *sing. imperf ; ab* ὄρω, excito.

143 Πληθὺς, ύος, ἡ, multitudo, *ut hìc ; aliquando* plebs, vulgus ; πλῆθος, εος, τὸ, *idem ; à* πλέος, εα, ον, plenus.

145 Εὖρος, ου, ὁ, Eurus, *ventus orientalis, inter Aquilonem et Vulturnum medius, quasi* ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων, ab aurorâ fluens.

Νότος, ου, ὁ, Notus ; *à* νοτὶς, humiditas ; *quia est humidus et nebulosus ventus.*

146 Ὤρορα, *præt. med. verbi* ὄρω, *per metathesin pro* ὄρωρα· ὄρωρα *verò Atticè pro* ὦρα· ὄρωρα *autem significat passivè, ut infrà* 797. πόλεμος δ' ἀλίαστος ὄρωρεν, bellum inevitabile ortum, *vel* excitatum est : *et in plusq. perf.* 810. πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει, multusque tumultus coortus est ; *dicitur et* ὠρώρει, σ. 497. ἔνθα δὲ νεῖκος ὠρώρει, illic verò contentio orta erat ; ὄρορα *activè plerumque, ut hìc, aliquando et passivè, ut* ν. 78. μαιμῶσιν, καί μοι μένος ὄρορε, impetu magno feruntur, et mihi robur movetur.

Ἐπαΐσσω, *fut.* ξω, irruo, adorior, *cum dativo ; aliquando* accurro, *et cum genit. item* insequor ; *item* impeto, percutio, invado, *cum accusat, aliquando* insurgo, *ut hìc, sine casu ;* ἐπαΐσσομαι, *idem ; in omnibus significationibus aliquid impetus et vehementiæ significatur, ut et in simplicis* ἀΐσσω *significationibus, quæ quàm plurimæ sunt apud Homerum*, celero, impeto, percutio, volo, insurgo ; *aliquando* vibro ; *item* declino ; *item* vagor, circumvoluto, accurro, attollo. *Cum variis præpositionibus variè exponitur :* descendo ad, *cum* κατὰ, transeo, erumpo, evolo, præcurro, *vel* procurro ; *derivatur ab* α *intens. et* ἴω, eo.

147 Ζέφυρος, ου, ὁ, Zephyrus, Favonius *etiam dictus ; ita dicitur quasi* ζωηφόρος, vitam ferens, *aut* ea quæ ad vitam attinent : *quoniam* τῷ θέρει πνέοντος αὐτοῦ οἱ καρποὶ αὔξονται, *quòd eo flante, terra hyemali frigore constrictâ aperiatur, ac plantæ omnes germinent ; hinc Odyss.* η. 119. Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, Zephyrus spirans hæc crescere facit, *id est,* Ζεφυρίη πνοὴ, Zephyrius flatus.

Λήϊον, ου, τὸ, seges, campus segetum, *apud poëtas.*

148 Λάβρος, ου, nimium vorax, *quasi* λίαν βορὸς, *vel* vehemens, rapidus, immediocris, impetuosus, *quasi* λίαν βαρὺς, *et ita inanimatis tribuitur ; hinc Iliad.* ψ. 473. λαβρεύομαι, *fut.* σομαι, immodestè *et* arroganter loquor, *et ibid.* 479. λαβραγόρης, ου, ὁ, procaciter loquax.

Ἐπαιγίζω, *fut.* ίσω, irruo, impetuosè spiro, cum turbine afflo: *de ventis dicitur, vel procellâ; ab* αἰγὶς, ίδος, ἡ, procella; *quod ab* ἀΐσσω, *verbo poëtico,* irruo, impetu feror: *vel, ut alii, ab* αἰγὶς, ægis, pellis caprina, *de quâ ante; et infrà* 477. *quæ dicitur impetuosa, et data esse ad terrorem hominum. Iliad.* ο. 308. *et* 310. ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν δεινὴν—ἣν δῶκε φορήμεναι ἐς φόβον ἀνδρῶν.

Ἠμύω, *fut.* ύσω, inclino, *ut hìc;* ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν, *id est,* ἐπικατακλίνει τοὺς ἀστάχυας τοῖς στάχυσιν· *aliquando* inclino, *cum accusat. aliquando* nuto, *aliquando* cado; *derivatur à* μύω, η *præposito.*

Ἄσταχυς, υος, ὁ καὶ ἡ, spica, arista, totæ fruges cum spicâ et culmo, *ut hìc, pro* στάχυς, υος, ὁ, spica, *addito* α, *ut pro* σταφὶς, ίδος, ἡ ἀσταφὶς, uva passa; στάχυς *autem derivatur à* στὶξ, ordo; *à* στίχω, *secundum Martin. Harmarus autem deducit à* στάω, *et* χύω, fundo: *seges suo stat caule, et spicæ fluitant, quasi à vento fusæ.*

Ἀλαλητὸς, οῦ, ὁ, clamor, *propriè militum dicentium* ἀλαλά· *quod est* 149 *vox quædam inarticulata, quæ à militibus ante pugnam editur; generaliter* strepor, *et* ululatus aliquis; *hinc* ἀλαλάζω, *talem clamorem edo; quidam deducunt* ἀλαλὴ *ab* ἅλα *accusat. nominis* ἅλς, mare, *quòd perpetuò strepitum edit, inde faciendo* ἄλη, *et per reduplicationem* ἀλαλά· *alii autem* ἀλαλητὸς *deducunt ab* α *pleonastico, et* λαλέω· *alii ab* α, *id est,* ὁμοῦ, *et* λαλέω.

Ὑπένερθε, *poëtica vox,* sub, *cum genit. ut hìc; aliquando* subtus, 150 infra, *sine casu, dicitur et* ὑπένερθεν· *ab* ὑπὸ, *et* ἔνερθε, infra, inferius; *item* ἔνερθεν, *pro* ἐνέρθε, *ab* ἔνερος, inferus, mortuus; *hinc* ἐνέρτερος, *pro* ἐνερέτερος, ε. 898. ἦσθα ἐνέρτερος οὐρανιώνων, fuisses inferior cœlitibus: *ab* ἐν ἔρα, in terra; ἔρα, ας, ἡ, terra; *dicitur etiam* νέρθε *et* νέρθεν, *et* νέρτερος, *pro* ἔνερθε, &c.

Κονία, ας, ἡ, pulvis, *ut hìc, aliquando* cœnum; *item* arena *seu* sabulum litoreum; *aut* fluviatile; *frequenter usurpatur pro* humi, *in dativ. plur. et aliquando additur* χαμαὶ, *ut* ι. 583. χαμαὶ πέσεν ἐν κονίῃσι. *Od.* λ. 599. *significat illum vaporem, qui cum vehementi sudore corpore emittitur,* κατὰ δ' ἱδρὼς—ἔῤῥεεν ἐκ μελέων, κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει, *aliquando* cinis foci; *à* κόνις, εως, ἡ, pulvis; *derivatur secundum Eustath. à* κοίνω, *idem quod* κόπτω, scindo, *ut sit* ἡ εἰς σμικρὰ κεκομμένη γῆ· *secundum Martin. à* καίω, uro; *cinis est pulvis ex re ustâ nascens, vel secundum Harmar. à* κινέω, moveo, *quia facilè supplosione pedum excitatur.*

Ἀείρω, tollo, attollo; *aliquando* porto; *aliquando* fero, affero; 151 *item* eripio, aufero, subtraho; ἀείρομαι, *idem, Odyss.* ο. 106. *aliquando passivè, ut hìc,* κονίη ἀειρομένη, pulvis excitatus, *et Iliad.* ψ. 365. *et alibi; dicitur autem, inquit Eustath. quasi* εἰς ἀέρα αἴρω, in aërem levo; *est et* ἀείρω, necto, *ut Iliad.* κ. 499. σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι, colligavitque loris.

Ἑλκέμεν, trahere, *præs. inf. Ion. pro* ἕλκειν. 152

Οὐρὸς, οῦ, ὁ, fossa, *quâ navis in mare deducitur;* τόπος ὅθεν ἡ ναῦς ὁρμᾶ, 153 *id est,* ὁρμᾶ, καθελκομένη εἰς θάλασσαν, *inquit Eustath.*

Ἐκκαθαίρω, purgo, detergo; ἐξεκάθαιρον, 3. *pl. imperf. à* καθαίρω, purgo; *ponitur cum duplici accus. Il.* π. 666. Φοῖβε, κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον ἐλθὼν ἐκ βελέων Σαρπήδονα, Phœbe, atro sanguine purga Sarpedonem;

significat et orno: *ὰ* κατὰ *et* αἴρω, *sordes enim purgando tolluntur.*

154 Ἱέμενος, η, ον, *ab* ἵημαι, *cum leni*, eo, *aut* ruo, eo cum impetu, *ut hìc ; aut* impetu feror; ἱέμενος, η, ον, *cum aspero*, cupiens; *ab* ἵεμαι. *Vid. Il.* λ. 168.

Ὑπὸ δ' ᾕρεον, *per tmesin pro* ὑφῄρεον, 3. *plur. imperf. ab* ὑφαιρέω, subduco, *ab* αἱρέω.

155 Ἔνθα κεν, tunc sanè.

Ὑπέρμορον, *et* ὑπέρμορα, præter fatum; *pro* ὑπὲρ μοῖραν, contra quod in fatis erat: *a* μοῖρα, ας, ἡ, fatum.

157 Ἀτρυτώνη, ης, ἡ, indomita; *in fœminino tantùm, Atticè, Minervæ epitheton ; à* τρύω, attero, absumo, defatigo, vexo; *ita dicitur Minerva, quòd sit* ἄτρυτος, *quòd* bellicis laboribus non defatigetur.

159 Νῶτος, ε, *cum* ω, ὁ· *velut alii volunt ;* νῶτον, ου, τὸ, dorsum, tergum; *aliquando pro* μέλεσι νωτιαίοις, *vel* νωτιαίῳ κρέατι *vel* ψόα· *pro* carne tergi, *vel* partibus: *quæ quia optimæ habitæ sunt, in conviviis ei qui dignissimus habebatur, datæ fuerunt in honoris signum, et hinc vocantur* νῶτα γεράσμια, *Hym. in Merc.* terga venerabilia; *aliquando* tergus bestiæ, *vel* extrema corporis pars; *ponitur aliquando pro* superficie maris, *ut hìc ; dicitur etiam de* hasta, *υ.* 279. ἐγχείη δ' ἄρ' ὑπὲρ νώτου ἐνὶ γαίῃ ἔστη ἱεμένη, stetit erecta, θ. 94. πῇ φεύγεις μετὰ νῶτα βαλὼν, quo fugis, *ut et Latini,* terga dare; *derivatur à* νεύω, *inquit Martin. quòd inclinato tergo nutamus, Harm. In plurali,* τὰ νῶτα.

160 Κὰδ δὲ *pro* κατὰ δὲ.

162 Αἴης, *pro* γαίης, γαῖα, terra.

164 Ἀγανὸς, ὴ, ὸν, lenis, mitis, *ut hìc,* placidus; *à* γάνυμαι, gaudeo, *et* α *epitatico præposito ; hinc* ἀγανόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *Il.* υ. 467. benignus; *et* ω. 772. ἀγανοφροσύνη, ης, ἡ, benignitas, lenitas; *est et* ἀγανὸς, *per antiphrasin,* sævus, crudelis: *quod etiam potest derivari ab* ἄγαν, valde, *et* αἰνὸς, ὴ, ὸν, gravis.

165 Ἀμφιέλισσος, ίσση, ισσον, utrinque agitatus, circum agitabilis. ἀμφοτέρωθεν ταῖς κώπαις ἐλαυνόμενος, ut navis quæ utrinque remis interpellitur; *vel* εἰς ἑκατέρα τὰ πλευρὰ στρεφόμενος, circum agitabilis; *epitheton navis apud Homer. ab* ἀμφὶ *et* ἑλίσσω, volvo, *quod ab* εἰλέω.

167 Ἀΐξασα, irruens, *nom. f. aor.* 1. *part. act. ab* ἀΐσσω.

169 Ἀτάλαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, *propriè* ejusdem ponderis, par, æqualis: *sæpè habet dativ. personæ, et accusat. rei, in quâ fit comparatio, ut hìc ; aliquando res per concretum exprimitur ; aliquando* similis; *à* τάλαντον, trutina, lanx; *aliquando id quod lanci imponitur ponderandum, nominatim pondus* 125 *librarum, Il.* ι. 122. δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα, decem auri talenta. *De varietate talentorum, vide Budæum ; Constantinus annotat apud Homerum esse minimum pondus, quod probat ex Il.* ψ. 269. *in ludis funebribus Patrocli, ubi primum equitem donavit muliere, et tripode ansato, secundum equâ, tertium lebete ;* τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα, *at quarto posuit duo auri talenta, ultimum præmium minoris esset pretii, quam antecedentia, inquit Constant. derivatur autem* τάλαντον παρὰ τὸ τλῆναι, fero; ἀτάλαντος *autem dicitur quasi* ἀντιτάλαντος, *idem.*

'Εσταότ', stantem, *part. præt.* ἕσταα, *per Ion. sync.* *pro* ἑστακα· *hoc* 170
autem pro ἕστηκα, *verso* η *in* α, *ut quidam volunt, à verbo* ἵστημι. *Hic*
autem nota, ἔστην, *aor.* 2. *et* ἕστηκα, *neutrum habere significationem, ut*
hic ; ἑσταότ', stantem, *cum præpositione* περὶ, *aliquando significat* de-
fendere; *aliquando autem in obliquis notat* positum esse. *Ita et* ἔστην,
ut ante, α. 535. ἵστημι *autem activè significat, ut* σ. 346. τρίποδ' ἵστα-
σαν ἐν πυρὶ, tripodem statuerunt in igne; ἵσταμαι *autem et activè,* sta-
tuo, *et neut.* sto.

Εὔσελμος, ου, ὁ ϗ ἡ, bene tabulatus; *à* σέλμα, ατος, τὸ, transtrum,
spatium inter duas lineas; *item* spatium inter tabulata navis; σέλμα
autem (ut Martinio placet) à σέλας, ατος, τὸ, fulgur, lumen; *quòd*
splendor inter lineas ductas appareat, inquit Harmarus. Poët. pro
εὔσελμος, *dicitur* ἐΰσελμος, *et* ἐϋσσέλμος, ου, *et Ion.* οιο.

'Αγχοῦ, *idem quod* ἄγχι, prope. *Vide supra,* 58. 172

Πολυμήχανος, ου, ὁ ϗ ἡ, valde artificiosus, qui est prompto ad multa 173
machinanda ingenio, industrius, acutus, versutus, prudens; *à* πολὺς
et μηχανὴ, ῆς, ἡ, artificium; *item* astutia, solertia; *item* fabrica, machi-
na; *à* μῆχος, εος, τὸ, *idem.*

Φεύξεσθ', fugietis, 2. *plur. fut.* 1. *med. verbi* φεύγω. 175

Λίποιτε, relinquetis, 2. *plur. aor.* 2. *opt. med. verbi* λείπω. 176

'Ερώει, cessa, 2. *sing. imperat. præs. verbi* ἐρωέω. 179

Χλαῖνα, ης, ἡ, palla, vestis, *quæ tunicæ exteriori superinduitur ;* 183
ἱμάτιον ἐπὶ τὸν χιτῶνα, *infrà* 262. ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω, χλαῖνάν τ' ἠδὲ
χιτῶνα, te charis vestibus exuero, pallio, et tunicâ; *vestis quæ pro*
tempore sumitur ad ventos, pluviam, et frigus depellendum ; hinc dici-
tur, π. 223. ἐϋπλήσασα χιτώνων, χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων, bene implens
tunicis, chlænisque arcentibus ventum, *et Od.* ξ. 529. ἀμφὶ δὲ χλαῖναν
ἕσσατ' ἀλεξάνεμον, chlænam induit ventum expellentem; *aliquando ea*
vestis, quâ quis honoris vel ornamenti gratiâ induitur, ut Od. κ. 365.
dicitur etiam de crassioribus illis tegumentis, in quibus dormimus aut
cubamus ; derivatur à χλιαίνω, calefacio.

'Οπαδέω, *pro quo apud Homer. semper* ὀπηδέω, *aliquando* sequor; 184
ut hic ; aliquando adsum, *aliquando* procedo; *item* opitulor; *aliquan-*
do fruitionem *significat, ut Hym. in Terram* 12. ὄλβος δὲ πολὺς ϗ πλοῦ-
τος ὀπηδεῖ, felicitate et multis divitiis fruuntur; *hinc* ὀπηδὸς, οῦ, ὁ, comes,
assectator; *derivatur ab aor.* 2. τοῦ ὀπάζω, persequor, *item* sequi ju-
beo, comitem adjungo; *aliquando* præbeo, do, *et in malam partem,*
Od. ψ. 210. Θεοὶ δ' ὤπαζον ὀϊζὺν, Dei autem dederunt ærumnam;
aliquando addo, pergo, *ut Hym. in Merc.* 120. ἔργῳ δ' ἔργον ὄπαζε,
in opere pergebat; ὀπάζομαι, *à persequente* urgeor; augeor, ὀπα-
ζόμενος Διὸς ὄμβρῳ, torrens de montibus auctus Jovis imbre; *item* co-
mitem accipio; *ab* ἕπομαι, sequor.

'Αντίος, ία, ίον, adversus, obvius; *ab* ἀντίον. 185

'Ερητύσασκε, *Ionicè pro* ἐρήτυσε, inhibuit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἐρητύω. 189

Παραστὰς, ᾶσα, ὰν, adstans, *part. aor.* 2. *verbi* παρίστημι.

Δεδίττω, *f.* ξω, terreo, timeo; *hinc* δεδίττομαι, *sive* δεδίσσομαι, *idem ;* 190
item terreor, trepido, attonitus sum; *pro quo (per epenth.* τοῦ ι) δειδίτ-
τομαι *et* δειδίσσομαι, *ut hic,* δειδίσσεσθαι, trepidare. *Activè legitur Il.*

ν. 810. τίη δειδίσσεαι οὕτως Ἀργείους; cur ita terres Argivos? *in futur.* δειδίξομαι· *legitur* δειδίζω *in eâdem significatione, Il.* ι. 790, ἐδείδισαν ὄβριμον ἔγχος, horrebant fortem hastam; δειδίσκω, *Od.* ο. 150. *Derivatur autem* δειδίττω *ex* δείδια, *præt. med.* δείδω, *pro* δέδοιδα, *exempto* δ *et* ο.

191 Ἱδρύω, ἵδρυμι, ἱδρύνω, sedere facio, quiescere facio, *ut hìc; aliquando* sedeo, collocor; ἱδρύνομαι, quiesco, cohibeor; *derivatur ab Eustath. ab* ἵζω, *vel* ἵζω, *idem.*

192 Σάφα, perspicuè, certò, *ut hìc; aliquando* verè; *aliquando idem quòd* ἀκριβῶς· *nomen adverbiale factum ex* σαφία, *à* σαφὴς, manifestus; *quod dicitur quasi* σάον φάει, *inquit Martinius.*

193 Ἴψεται, lædat; 3. *sing. fut. med. verbi* ἴπτω.

195 Μήτι, nequid; *à* μὴ, non, *et* τὶς, aliquis.

198 Δῆμος, ου, ὁ, populus, plebs; *à* δέω, ligo; *quia plebs legibus sit obligata; vel quasi sub uno rege* συνδεδημένος, *inquit Harm.*

Ἐφεύροι, 3. *sing. aor.* 2. *optat. ab* ἐφευρίσκω, *quod ab* ἐπὶ *et* εὑρίσκω.

199 Ἐλάσασκε, *poët. et Ionic. pro* ἤλασε, *abjecto primo augmento; et* σε *in* σάσκε *converso,* 3. *sing. aor.* 1. *act. ab* ἐλαύνω, *ante.*

Ὁμοκλήσασκε, *ut* ἐλάσασκε· *ab* ὁμοκλάω, *est et* -έω, hortor vociferando, fortiter et minaciter clamo, increpo; *ab* ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ, hortamentum, quod fit vociferando, increpatio, comminatio; *hoc autem* ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ κέκλησθαι, simul vocari; ὁμόκλεον, *Il.* ο. 658. *ab* ὁμοκλέω.

200 Ἀτρέμας *ab* ἀτρέμα, ο. 318. *adverb.* sine aliquo motu, tacitè; *ab* ἄτρεμος, ου, ὁ ϗ ἡ, intrepidus; *hoc autem ab* α *privat. et* τρέμω, horreo, timeo.

201 Ἀπτόλεμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, imbellis: *ab* α *privat. et* πτόλεμος, bellum; *pro* πόλεμος, *cujus derivationem vide* α. 60.

Ἄναλκις, ιδος, ὁ ϗ ἡ, invalidus; *ab* α *privat. et* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur, vis corporis; *aliquando* vis animi, fortitudo; *item* remedium, auxilium: *quasi* ἀρκὴ, *ab* ἀρκῶ, auxilior: *vel* παρὰ τὴν ἀκμὴν, juventute, *quæ strenua est ad labores suscipiendos.*

204 Πολυκοιρανίη, *Ionicè pro* πολυκοιρανία, ας, ἡ, multorum principatus; *à* πολυκοίρανος, ου, ὁ, multorum dominus, et rex; *à* πολὺς, *et* κοίρανος, ου, ὁ, princeps; *quod dicitur, inquit Eustath. quasi* τοῦ καίρου κύριος, temporis dominus, *α mutato in* ο, *hinc* κοιρανέω, guberno, impero; ὡς ὅγε κοιρανέων, sic ille dominans, 207. *hujus libri.*

205 Ἀγκυλομήτης, ȣ, ὁ, *et* ἀγκυλόμητις, ιος, ἡ, versutus, qui obliqua cogitat; ἀγκυλομήτεω, *Ion. pro* -ου, *ab* ἀγκύλος, η, ον, (*quod tria denotat,* 1. obliquum, *ut hìc;* 2. rotundum, *vel* curvum, *ut* ἀγκύλα κύκλα, ἀγκύλα τόξα, curvos arcus, ε. 209. 3. validum, *ut* ἀγκύλον ἅρμα, ζ. 39.) *et* μῆτις, ιδος, ἡ, consilium.

207 Δίεπω, administro, moderor, dispono, dispenso; *à* διὰ, *et* ἕπω, operor; *est et* δίεπω, renuntio; *ab* ἔπω, dico.

209 Ἠχὴ, ῆς, ἡ, *idem quod* ἦχος, *suprà,* α. 156.

210 Αἰγιαλὸς, οῦ, ὁ, litus; *ab* ἅλς, mare, *et* ἄγω, frango, *quia fluctus maris in litore franguntur; vel, ut alii,* παρὰ τὸ τὴν αἶαν γείτονα εἶναι τῆς ἁλὸς, quòd terra sit vicinior mari; *alii autem* Ægialum *explicant in Achaiâ flumen, ex quo regio Ionia olim dicebatur Ægialea, et Iones* Αἰγιαλεῖς.

Σμαραγέω, stridorem edo, resono: *ab antiquo* μάρη, *vel plurali* μάρεα, *antiquâ voce*, manus; *quasi plausione manuum; μάρη autem ita dicitur, quia manibus dividimus et componimus; à* μάρω, divido; *hæc Martin.*

Μοῦνος, *Ionicè pro* μόνος, η, ον, solus. 212

Ἀμετροεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, sine modo loquax; οὐκ ἔχων μέτρον ἔπεσι, non adhibens loquendi modum; *ab* α *privat.* μέτρον, ου, τὸ, mensura, modus, *et* ἔπω, dico.

Εἰσαίμενον, videor, *aor.* 1. *med. opt. verbi* εἴδω, scio. 215

Γελοῖος, οία, οῖον, ridiculus; γελοίϊος, *poët. hinc* γελοιάω, *Od.* υ. 390. *à* γέλως, *Il.* α. 508.

Φολκὸς, οῦ, ὁ, strabo, qui oculos habet distortos: *quasi* φάολκος *à* 217 φάος, *et* ἕλκω.

Χωλὸς, ή, όν, claudus; *à* κῶλον, *quod aliquando* pes; *ut sit ὁ πεπονθὼς τὸ κῶλον*, pede patiens.

Κυρτὸς, ή, όν, concavus, curvus, incurvus, convexus, tumidus; *vide* 218 δ. 426. *à* κύπτω, pronus sum, vergo, inclino.

Συνέχω, constringo, contineo, coërceo; *hinc* συνοχὴ, coarctatio, *pro quo* συνοκωχή· *hinc* συνοχέω, *inde* συνοχωκώς. *Hesychius derivat à* συνέχω, *præt.* σύνοχα, *Att.* συνόχωκα. *Eustath. à* συνοχέω.

Φοξὸς, ή, όν, habens acutum caput; *vel*, qui est distorto vultu; *cujus* 219 *caput* ὀξὺ φαίνεται.

Ψεδνὸς, ή, όν, raros habens pilos, glaber: *quasi* ψιδανὸς, *ait Eustathius; à verbo* ψῶ, rado, minuo.

Ἐπενήνοθε, *part. med. ex* ἐπανθέω, *quod habet præt. med.* ἔπηνθα, *unde fit* ἐπήνοθα, *epenth.* τοῦ ο, *et* ἐπενήνοθα, *reduplicatione Atticâ; ab* ἀνθέω *vel, ut alii, ab* ἐπινθέω, θέω *per Metath. mutato in* ἔθω, *quod compositum cum duplice præpositione,* ἐπὶ *et* ἐν, *est* ἐπινθέω.

Λάχνη, ης, ἡ, lanugo, pili molles; *ex particulâ* λα, *epitaticè, et* χνοῦς. *primi pili qui radi possunt; vel à* λάσιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, hirsutus.

Κέκληγα, *præt. med. verbi* κλάζω, η *pro* α, κεκληγὼς, υῖα, ὸς, *part.* 222

Ἐκπάγλως, mirificè, vehementer, *adv. ab* ἔκπαγλος. 223

Νεμεσάω, *f.* ήσω, indignor, irascor, succenseo, cupiens suum cuique νέμεσθαι, distribuere; *item* vitio verto; *hinc* νεμέσσηθεν, 3. *plur. aor.* 1. *pass. pro* νεμεσσήθησαν, *geminato* σ *poët. et sublato augmento Ionicè; hinc* νέμεσις, εως, ἡ, indignatio cum quâdam invidiâ: *et per consequens est nomen certæ deæ, quæ insolentiam hominum reprimere et punire solet.*

Νείκει, objurgabat, 3. *sing. imperf. pro* ἐνείκει, *à verbo* νεικέω. 224

Τέο, *Ionicè pro* του, *pro* τίνος, *subintelligitur* ἕνεκα. 225

Ἐπιμέμφομαι, *fut.* ψομαι, conqueror, expostulo, accuso; ἐπιμέμφεαι, 2. *sing. præs. subj. Ionicâ resolutione, pro* -φῃ.

Χατίζω, *et* χατέω, *verb. poët.* careo, indigeo; *item* cupio, desidero, παρὰ τὸ ἔχειν αἰτεῖν, habere quod petat.

Πλεῖος, plenus, *poët. pro* πλέος, α, ον· *hinc* πλήθω, *f.* σω, impleo. 226

Ἐξαιρέω, *f.* ήσω, eligo, excipio, seligo; *ab* αἱρέω, *idem; hinc* αἵρεσις, 227 εως, ἡ, electio, optio, *et peculiariter*, electio dogmatis orthodoxæ fidei non consoni; *et* αἱρετικὸς *dicitur, qui ita elegit suam religionem.* ἐξ-

αἱρετὸς, ου, ὁ καὶ ἡ, selectus, eximius, *pro quo aliquando* ἔξαιτος, *Il.* μ. 320.

229 Ἐπιδεύεαι, eges, 2. *sing. præs. subj. Ion. pro* ἐπιδεύῃ. *verbi* ἐπιδεύομαι.

232 Μίσγω, misceo, permisceo; *à* μίγνυμι, *idem ;* μίσγεαι *pro* μίσγῃ, *Ion.* 2. *sing. præs. subj. pass.*

Φιλότης, ητος, ἡ, amicitia, concubitus venereus; *à* φίλος· *hinc* φιλέω, diligo, osculor, humaniter tracto; *hinc* φίλημα, ατος, τὸ, osculum.

233 Κατίσχεαι, detineas, 2. *sing. sub. med. Ion. pro* κατάσχῃ, *verbi* κατέχω.

234 Ἐπιβασκέμεν, invadere, inducere, *præs. inf. pro* ἐπιβάσκειν, *poët. pro* ἐπιβαίνειν.

235 Πέπων, ονος, ὁ καὶ ἡ, maturus, percoctus; *propriè de fructibus. Metaph.* mollis, effœminatus, ignavus; *dicuntur Achivi molles et effœminati, quia ubi maturuit fructus, dulcis quidem est, sed flaccidus et inutilis; est tamen aliquando vox amiciùs appellantis, non conviciantis, ut* ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε· *à* πέπτω, coquo; *fructus enim maturantur à sole.*

Ἔλεγχος, εος, τὸ, probrum, vituperium, dedecus; *hinc* ἐλέγχιστος, η, ον, maximè redarguendus; *sed* ὁ ἔλεγχος, ου, argumentum, documentum, criminatio; *ab* ἐλέγχω, arguo, reprehendo; *hoc autem* παρὰ τὸ ἕλην ἔχειν, *quòd res in luce collocet argumentum et criminatio.*

Ἀχαιΐς, ίδος, ἡ, mulier Græca. *Achivos Achivas nominat, ob eorum mollitiem et inertiam.* Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.

237 Πέσσεμεν, *Ion. pro* πέσσειν· *à* πέσσω, concoquo, digero, *quod est Æol. pro* πέπτω, *idem.*

241 Μεθήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, remissus, negligens; *vel,* cum neglectu quodam missum faciens, *aut* dimittens; *à* μεθίημι, dimitto, missum facio; *quod à* μετὰ *et* ἵημι.

245 Ἠνίπαπε, *pleonasmo poëtico, pro* ἤνιπε, *quod est* 3. *sing. præt. med. Att. ab* ἐνίπτω, increpo, *ab* ἐνίπω, reprehendo.

246 Ἀκριτόμυθος, ου, ὁ καὶ ἡ, ἄκριτος περὶ τοῖς λόγοις, qui loquitur inconsideratè, homo indiscreti sermonis; *ab* ἄκριτος, ου, ὁ καὶ ἡ, indiscretus; *hoc autem ab* α *priv. et* κριτὸς, ἡ, ὸν, *quod à* κρίνω, judico, *et* μῦθος, sermo.

248 Χειρότερος, έρα, ρον, *et* χερείων, *poët. pro* χείρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, pejor, deterior.

249 Ἅμα, simul, unà cum, *regit dat.*

250 Τῷ, quare, igitur.

Στόμα, ατος, τὸ, os, *tum propriè, tum metaph. à* סתם claudere, *vel quasi* σιτότομα· *à* σῖτος, ου, ὁ, commeatus, *et* τόμα, ατος, sectio; *quod à* τέμνω, scindo: *in ore cibus quasi scinditur.*

251 Φυλάσσω, *fut.* ξω, observo, custodio; *à* φύλαξ, ακος, ὁ καὶ ἡ, custos; *hoc autem à* φυλὴ, ῆς, ἡ, tribus, *Athenis decima urbis pars, quòd* φυλακὰς *haberent αἱ* φυλαί· *vel quasi* πυλάσσω, *à* πύλη, ης, ἡ, porta: *non est urbs in tuto, nisi portæ occludantur, inquit* Harm.

258 Ἀφραίνω, *fut.* ανῶ, insanio; *ab* α *priv. et* φρὴν, ενὸς, ἡ, mens, sapientia; *item* præcordia.

261 Ἀποδύω, ἀποδῦμι, *fut.* σω, exuo. *hìc per tmesin.*

Ἕω, induo; *hinc* εἶμα, ατος, τὸ, vestis, *Æol.* ἕμμα.

Αἰδῶ, *vel potest dici accusativus, ab ἡ αἰδὼς, τὴν αἰδῶ, vel per crasin* 262
pro τὰ αἰδοῖα, inguen, pudenda.

Μετάφρενον, ου, τὸ, interstitium quod est inter lumbos et scapulas, 265
dorsum; *à μετὰ et φρὴν, quasi μετὰ τὰς φρένας,* pone præcordia.

Ἰδνόω, incurvo, torqueo, flecto; *ab ἵζω,* sedere facio; *ἰδνώθη, aor.* 1. 266
pass.

Θαλερὸς, ρὰ, ρὸν, virens, humidus, *ut hìc: à θάλλω,* vireo, floreo;
θάλειος, εία, ειον, idem, η. 475. *vide* ζ. 431.

Σμάδιξ, ικος, ἡ, *vel σμάδιγξ, ιγγος,* livor proveniens ex plaga; *à* 267
σμῶξαι, quod est Ionibus πατάξαι

Ταρβέω, *fut.* ήσω, trepido, paveo; *à τάρβος, εος, τὸ,* timor; *à ταράσσω,* 268
fut. ξω, vexo.

Ἀχρεῖον, turpiter, inutiliter, *adverb. pro ἀχρείως· à χρεία, ας, ἡ,* utili- 269
tas, *à χράομαι.*

Ἀπομόργνυμι, *vel ἀπομόργνυμαι,* abstergo; *ἀπομόρξατο,* 3. *sing. aor.* 1.
med. ab ἀπὸ et μόργνυμι, quod pro ὀμόργνυμι, idem hoc autem ab ἀμέργω, mutato α in ο.

Πλησίος, ου, ὁ, propinquus; *à πλάω, per syncopen, pro πελάω,* pro- 271
pinquo; *quod à πέλας,* prope.

Ἔοργα, *Att. præt. med. pro.* ἦργα, *ex* ἔργον, ου, τὸ, opus: *ab ἔργω, sive* 272
ῥέζω.

Λωβητὴρ, ῆρος, ὁ, convitiator, contumeliæ *sive* injuriæ illator, contu- 275
meliâ dignus; *à λωβάομαι, quod à λώβη, ης, ἡ,* convitium.

Ἐπεσβόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, verba probrosa in aliquem jaciens, qui invehitur in aliquem: *ab ἔπος, εος, et βάλλω.*

Θὴν, *adverb. expletiva part. aliquando* quidem, *et θὶν, θινὸς, ἡ,* cumu- 276
lus: *à θὶν, aut θὶς, ινὸς, ὁ καὶ ἡ,* cumulus; *item* litus.

Ἀνίημι, dimitto, remitto, permitto, relinquo; *fut. ἀνήσω.*

Ἀγήνωρ, ορος, ὁ, virilis, generosus, superbus: *quasi ἄγων ἄνδρας,* viros
regens, *vel ἄγαν ἀνὴρ,* admodum vir; *vel ὁ ἄγαν τῇ ἠνορέῃ χρώμενος,* qui
viribus pollet; *vel qui admirationi est propter virilem animum; ab*
ἀγάομαι, miror, *et ἠνορέη, ης, ἡ,* vis; *hinc ἀγηνορίη, Il.* ι. 696. superbia.
Est et Ἀγήνωρ *nomen proprium,* Antenoris filius.

Πτολίπορθος, ου, ὁ, τὰς πόλεις ὁ πέρθων, urbium vastator; *à πέρθω,* vasto, 278
et πόλις, civitas, *pro quo sæpè πτόλις, ut πτόλεμος, pro πόλεμος.*

Εἰδόμενος, ένη, ον, similis; *ab εἴδομαι,* videor, appareo, assimilor. 280

Σιωπάω, *fut.* ήσω, sileo, taceo, *à σιωπὴ, ῆς, ἡ,* silentium; *quod dicitur*
quasi σιγὴ ὀπὸς, silentium vocis.

Ὑπέσταν, *Bœot. pro ὑπέστησαν,* 3. *plur. aor.* 2. *act. verbi ὑφίστημι,* 286
suppono, subjicio.

Ἐκπέρσαντ' *pro ἐκπέρσαντι, polliciti sunt nimirum Achivi, Agamem-* 288
nonem Trojam ἐκπέρσαντα, postquam vastaverit, *cum gloriâ domum re-*
diturum.

Νεαρὸς, ρὰ, ρὸν, novus, recens, tener; *item,* qui integris est adhuc 289
viribus, tener; *à νέος, α, ον.*

Χῆρος, ρα, ρον, viduus; *interdum ponitur adjectivè, ut hìc; χῆραί τε*
γυναῖκες· interdum substantivè, sive absolutè, χήρη σεῦ ἔσομαι, tua ero

vidua, ζ. 408. *dictum est per antiphrasin, à* χαρὰ, ᾶς, ἡ, gaudium: *vel à* χωρὶς, seorsum; *vel à* χρεία, ας, ἡ, opus.

290 Ὀδύρομαι, *f.* οῦμαι, lamentor, lugeo; *ab* ὀδύνη, ης, ἡ, dolor; *propriè corporis; sed generaliter, quicunque dolor vehemens, vel corporis, vel animi; ab* ἔδειν τὸ σῶμα καὶ ψυχὴν, *eo quòd edat vel consumat corpus et animam.*

291 Ἀνιηθεὶς, εῖσα, ὲν, molestiâ affectus, *part. aor.* 1. *pass. verbi* ἀνιάω, dolore afficio; *ab* ἀνία, ας, ἡ, dolor. *Od.* η. 193. *dicta, inquit Plato,* ἀπὸ τοῦ ἐμποδίζειν τὸ ἰέναι, quòd gressum impediat; *hinc* ἀνιαρὸς, ὰ, ὸν, *Odyss.* ρ. 220. *et* ἀνιαρέστερος, έρα, ον, tristis, tristior, *Od.* β. 190.

292 Μὴν, νὸς, ὁ, mensis; *à* μήνη, ης, ἡ, luna, *Il.* τ. 374. *quia olim menses juxta lunæ cursum distributi erant; hoc* ἀπὸ τοῦ μὴ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ, quòd non in eodem statu permaneat.

293 Ἀσχαλάα, *poët. pro* ἀσχαλᾷ, 3. *sing. præs. ab* ἀσχαλάω, *idem quod* ἀσχάλλω, *Od.* β. 193. contristor, doleo; *ab* ἄχος, εος, τὸ, *deductum, interjecto* σ, *adeo ut* ἀσχάλλειν *fit* ἄχους ἅλις ἔχειν, affatim doloris habere.

Ζυγὸς, οῦ, ὁ, jugum, transtrum, *seu* τῶν ἐρεσσόντων καθέδρα, sedes remigum, *hinc* πολύζυγος, ύγου, ὁ καὶ ἡ, *id est,* πολυκάθεδρος, quod multa transtra habet.

Ἄελλα, ης, ἡ, procella, *propriè* turbo ventorum: *quasi* ἄγαν εἱλοῦσα, valde convolvens; *ad quam derivationem hìc poëta alludit;* ἥν περ ἄελλαι εἱλίωσιν, quam procellæ rotant, *vel* volvunt; *vel* παρὰ τὸ ἄειν, spirare.

294 Χειμέριος, ου, ὁ καὶ ἡ, hybernus; *à* χεῖμα, ατος, τὸ, *sive* χειμὼν, ῶνος, ὁ, hyems; *interdum* procella, tempestas; *hoc autem* παρὰ τὸ χέειν ὕδατα, quòd pluvias fundat hyems imbrifera.

295 Εἴνατος, nonus, *pro* ἔνατος, άτη, τον· *scribi potest* ἔννατος· *ab* ἐννέα, novem.

Περιτροπέων, revertens; *Ion. pro* περιτροπέων, έουσα, εον, *part. verbi* περιτροπέω, circumeo, *à* τρέπω, verto.

296 Μίμνω, *idem quod* μένω, maneo, permaneo; μιμνόντεσσι, *poët. dativ. pro* μίμνουσι· *est et* μιμνάζω, *idem,* 392. *hujus libri.*

Νεμεσίζω, *vel frequentiùs* νεμεσίζομαι, *idem quod* νεμεσάω, *suprà; significat. et* revereor, ἐπεί ῥα θεοὺς νεμεσίζετο αἰὲν ἐόντας, reverebatur, *Od.* α. 263.

298 Δηρὸς, ρὰ, ρὸν, diuturnus; *à* δὴν, diu, *poët. adverb. item* pridem; δηρὸν, *adverbialiter pro* δήν.

Κεινὸς, *pro* κενὸς, ἡ, ὸν, vacuus, inanis, levis; κενόω, *inusit.* vacuo, inanio.

300 Ἐτεὸς, *poët. pro* ἐτὸς, οῦ, ὁ, verus; *ab* εἰμὶ, sum.

Οὐχὶ, *poët. pro* οὐχὶ, *hoc autem pro* οὐκ.

302 Ἔβαν, *poët. pro* ἔβησαν, 3. *plur.* ἔβην, *aor.* 2. *verbi* βαίνω.

303 Χθιζὰ, *pro* χθὲς, heri; *sic pro* πρωὶ, *poëtic.* πρωΐζα, *et* πρωϊζὸν, nudius tertius: *secundum alios,* hodie, manè.

304 Ἀγερέθω, *poët. pro* ἀγείρω, congrego; ἠγερέθοντο, 3. *plur. imperf. pass.*

305 Ἀμφὶ περὶ *simul sumuntur; aliquando pro alterutrâ solâ; vel alterum referatur ad* ἕρδομεν· *interdum* περὶ *præponitur, postposita* τε, περί τ' ἀμφί τε τάφρον, *Il.* ρ. 760. *interdum absolutè,* φ. 10.

Κρήνη, ης, ἡ, fons, *et* scaturigo; *à* κεράω, κερῶ, *et per syncop.* κρῶ, infundo, misceo.

Πλατάνιστος, ου, ἡ, *idem quod* πλάτανος, ου, ἡ, platanus; *à* πλατὺς, εῖα, ὺ, latus: *quia arbor hæc latas habet frondes.* 307

Δράκων, κοντος, ὁ, draco; *à* δέρκω, video, *quia est* ὀξυδερκὲς ζῶον, *acutissime videt; quare à poëtis præponitur custodiæ thesaurorum, inquit* Coulon. 308

Δαφοινὸς, ἡ, ὸν, sanguineus; *à* δὰ *particulâ augmentativâ pro* ζὰ, *et* φόνος, ου, ὁ, cædes; δὰ, *particula per se nihil significat, sed in compositione auget; idem est* ζὰ *in compositione, et unam pro altero ponitur; est etiam* δαφοινὸς, *idem*, σ. 538,

Σμερδαλέος, έα, έον, *idem quod* σμερδνὸς, ἡ, ὸν, ι. 742. terribilis intuitu, 309
et generaliter terribilis; *à* μέρδω, privo; *item* intueor, *vel* oculos undequaque obverto; *hinc* σμέρδω, *quasi* ζμέρδω, ζ *ex* ζὰ *epitatico, idem; aliquando Attici vertunt hoc* ζ *in* σ, *ut* σμικρὸς, *pro* ζμικρός.

Ἔσαν, *poët. pro* ἦσαν, 3. *plur. imperf. verbi* εἰμὶ, sum. 311

Στρουθὸς, οῦ, ὁ, passer; *à* στροῦς, passer, *inquit Martin.*

Νεοσσὸς, οῦ, ὁ, pullus; *dicitur quasi* νέον σευόμενος, qui recens movetur; *vel* νεωστὶ ὀσσόμενος, qui recens vidit.

Πέταλον, ου, τὸ, folium latum; *à* πετάω, extendo, *vel* folium decidu- 312
um; *à* πίπτω, cado; *quia citò defluunt.*

Ὑποπεπτηῶς, *per syncop. Ion. pro* ὑποπεπτηκὼς, υῖα, ὸς, *à* πτήσσω, metu contrahor: *propriè de animantibus dicitur, quæ cùm hostem conspiciunt in loco ad latendum commodo, præ metu se contrahunt: aut pro* ὑποπεπτηὼς, *per ectasin, quod est participium Epentheticum pro Attico contracto* ὑποπεπτὼς, *ex Ionico* ὑποπεπταώς· *hoc verò pro communi* ὑποπεπτακώς· *ab* ἵπτημι, *fut.* 1. πτήσω, *præterit.* πέπτακα, volo, volas.

Ὀκτὼ, οἱ, αἱ, τὰ, octo. 313

Ἐλεεινὸς, ἡ, ὸν, miserabilis; *ab* ἔλεος, ου, ὁ, ἐλεεινὰ, miserabiliter, *adverb.* 314

Κατεσθίω, prorsus edo, peredo; *ab* ἐσθίω, *quod est ab* ἔσθω, edo, κατήσθιε, 3. *sing. imperf. ind.*

Τρίζω, strideo; *verbum ex sono factum per Onomatopœïam;* τετριγῶτας, *poët. pro* τετριγότας.

Ἀμφιποτάω, circumvolvo: ποτάομαι, volo; *à* πέτομαι, *idem*, ἀμφεποτᾶτο, 3. *sing. imperf. med.* 315

Πτέρυξ, γὸς, ἡ, *idem quod* πτερὸν, οῦ, τὸ, ala; *hoc autem quasi* πέτερον· 316
à πέτομαι, volo: *quòd ejus beneficio aves volant.*

Ἰαχὼς, *præt. med. partic. ab* ἰάχω, clamo, *ab* ἀχέω, *Doricè pro* ἠχέω, resono; *vel quasi* ἴαν χέω, vocem effundo.

Φάγω, *idem quod* ἔσθω, edo, ἔφαγε, 3. *sing. imperf.* 317

Ἀρίζηλος, *pro* ἀρίδηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, inclytus, illustris; ἄρι, *Dor. pro* 318
ἐρι· *et* δῆλος, η, ον, manifestus, δ *verso in* ζ, *vel*, multùm æmulandus; *ab* ἄρι, valde, *et* ζῆλος, ου, ὁ, æmulatio; *item* clarus, illustris.

Ἔφηνε, ostendit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* φαίνω.

Λᾶας, λάαος, ὁ, *contract.* λᾶς, *genit.* λᾶος· *est etiam* Λάας *nomen ur-* 319
bis Laconicæ, 585. *hujus libri.*

320 Θαυμάζω, *f.* σω, miror, admiror; *à* θαῦμα, ατος, τὸ, admiratio, res mira: *quasi* θεάματα· *à* θεάομαι, cerno, specto; *legitur* θαυμαίνω, *pro* θαυμάζω, *Hymn. in Vener.* 84. *et inde in fut. part.* θαυμανέοντες, *Odyss.* ϑ. 108.

321 Πέλωρ, ωρος, τὸ, monstrum, portentum: *quasi* πέλας ὄρους, prope montem, *ratione magnitudinis; est et* πέλωρος, ώρα, ρον, *idem,* ε. 741.

323 Ἄνεῳ, *nomin. plur, Attico more decl. ab* ἄνεως, ω, mutus: *ab* α *privat. et* αὔω, clamo.

324 Τέρας, τος, τὸ, prodigium; *quasi* ἔρας, *ab* εἴρω, nuncio.

325 Ὄψιμος, ου, ὁ κὴ ἡ, serus: *et* ὀψιτέλεστος, ου, ὁ κὴ ἡ, imperfectus; *ab* ὀψὲ, serò, *et* τελέω, perficio.

Οὗ, *poëtic. pro* οὗ, cujus.

Ὀλεῖται, peribit, 3. *sing. fut. med. verbi* ὄλλυμι.

328 Πτολεμίξομεν, bellabimus, 1. *pl. f. verbi* πτολεμίζω, *poët. pro* πολεμίζω.

332 Εἴσοκεν, quousque.

Ἄστυ, εος, τὸ, urbs; *à* στάω, sto, *et* ἅμα, simul, *ob ædes contiguas, Harm.*

334 Κόναβος, ου, ὁ, strepitus, sonitus ligni aridi cùm *colliditur;* παρὰ τὸ βοὴν κινεῖν, ab excitando clamorem; *vel à* κόνις, εως, ἡ, pulvis, *et* βοή· *est enim* κόναβος, clamor è terrâ, *Etym. hinc* κοναβέω, strepitum facio, *et* κοναβίζω, *idem;* κονάβησαν, 3. *plur. aor.* 1. *Ion. pro* ἐκονάβησαν.

338 Νηπίαχος, ου, ὁ, infans; *à* νήπιος, ου, *idem.*

Μέλει, *impers.* curæ est.

Πολεμήϊος, bellicus, *Ionic. pro* πολέμιος, ία, ιον, *qui* ι *dissolvunt, et vertunt* ι *in* η, *à* πόλεμος, ου, ὁ.

339 Συνθεσία, ας, ἡ, pactum; *à* συντίθημι.

340 Μῆδος, εος, τὸ, cura, consilium.

341 Σπονδὴ, ῆς, ἡ, libatio; *peculiariter* σπονδαὶ *dicuntur libationes, quæ in sanciendis fœderibus adhibentur; et sæpè etiam ipsa fœdera: à* σπένδω, *fut.* σπείσω, *tanquam à* σπείδω, libo vino, *vel simili liquore.*

Ἄκρητος, ου, ὁ κὴ ἡ, non mixtus (*ab* α *priv. et* κεράω, *syncop.* κράω, misceo) sincerus, inviolatus.

Δεξιὰ, ᾶς, ἡ, dextra: *à* δέχομαι, accipio.

Ἧς, quibus, *dat. pl. Ion. pro* αἷς, *ab* ὅς, suus.

Ἐπιθμεν, *syncop. pro* ἐπίθομεν, 1. *pl aor.* 2. *med. verbi* πείθω.

342 Ἐριδαίνομεν, contendimus, 1. *pl. præs. ind. verbi* ἐριδαίνω.

Μῆχος, εος, τὸ, artificium, consilium, remedium; μηχανὴ, ῆς, ἡ, *idem; hinc* μηχανάω, molior.

344 Ἀστεμφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, immotus; *item* ἀστεμβὴς· *ab* α *privat. et* στέμβω, injuriâ afficio, motito, *et* moveo.

345 Ἄρχευ, *Doricè pro* ἄρχου *vel* ἄρχου· *al.* ἄρχευ' *pro* ἄρχευε *ab* ἄρχομαι, impero.

347 Ἄνυσις, εως, ἡ, perfectio, effectio, profectus, *ab* ἀνύω, perficio, expedio, festino, *item* impleo.

349 Γνώμεναι, *Doric. et Attic. pro* γνῶναι· *ab* ἔγνων.

353 Ἐναίσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, fatalis, aliquid portendens; *item* idoneus, decens, utilis, suavis, faustus; *ab* αἶσα, ης, ἡ, fatum, parca, *item* pars; *item* officium.

Ἐπείγω, urgeo, impello; -γομαι, urgeor, accingo me, festino; ἐπει- 354
γέσθω, 3. *sing. præs imperat.*

Ὅρμημα, ατος, τὸ, incitamentum, impetus, conatus, cura, anxietas, 356
id ad quod animus quasi impetu fertur; *ab* ὁρμὴ, ῆς, ἡ, impetus.

Πότμος, ου, ὁ, fatum, sors, mors; *à* πίπτω, cado; *quia est* ἡ ἐσχάτη 359
σύμπτωσις τοῦ βίου, ultimus vitæ casus; *vel quia mors homines in terram dejicit; vel quasi* πέτος, *à* πέτω, volo; *volat enim irrevocabile fatum.* Coul.

Ἐπίσπῃ, 3. *sing. aor.* 2. *subjunct. ab* ἐπισπῶ, obeo; *ab* ἐπὶ, *et* σπῶ, *verbo poëtic.*

Ἀπόβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, abjiciendus; ἀπόβλητον ἔπος, rejiculum verbum 361
et indignum quòd audiatur; *ab* ἀποβάλλω, rejicio.

Φῦλον, ου, τὸ, tribus, gens; *à* φύω, gigno; *vel à* φύλλον, ου, τὸ, foli- 362
um. *Metaph. petita à foliis: eadem enim hominum nascendi est ratio quæ foliorum.*

Φρήτρη, *Ionic. pro* φρατρία, *seu* φατρία, ας, ἡ, *quasi* πατρία, curia, conventiculum, sodalitas, tribus; *quasi pagi propria sibi sacra peculiariaque communiter habentium. Athenis sic dicta fuit tertia tribus pars, quum populus in quatuor duntaxat tribus divisus erat. Scapul. Athenis olim ex quatuor tribubus, quæ illic erant, quarta dicta est* φρατρία. Coul.

Θεσπεσίῃ, divinitùs, divino consilio: *subaud.* γνώμῃ, *vel* βουλῇ, *à* 367
θεσπέσιος, ου, ὁ κὴ ἡ, divinus; *dictum quasi* ἐκ Θεοῦ πίπτων, à Deo cadens: *vel,* ὃν Θεὸς ἔνισπε, quem deus alloquatur; *à* θέσπις, ιος, ὁ καὶ ἡ, vaticinus; *à* θεὸς *et* ἔπω· *vel ab* ὀπάζω, do, *et* θεὸς, deus, à deo missus; *hinc* μ. 177. τὸ πῦρ θεσπιδαὲς, ignis divinitùs ardens; *à* δαίω, uro.

Κακότης, ητος, ἡ, pravitas, ignavia; *à* κακὸς, α. 9. 368

Ἀφραδία, ας, ἡ, *Ion.* ἀφραδίη, inconsiderantia, temeritas; *aliquando* inscitia; *ab* ἀφραδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, inconsultus, qui multa loquendo effutit; *ab* α *privat. vel epitatico, et* φράζω, dico, memoro, expono.

Μὰν, *Doricè pro* μὴν, *quæ particula plerisque aliis particulis subjun-* 370
gitur, ἀλλὰ μὴν, atqui; ἀλλὰ μὴν οὐδὲ, neque vero; ἦ μὴν, certè quidem, *ut hìc.*

Συμφράδμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, consiliator, qui unà consilia agitat; *inter-* 372
dum unanimis; *à* συμφράζομαι, simul delibero; *à* σὺν, cum, *et* φράζομαι, *aliquando* consilium ineo, delibero; *à* φράζω.

Ἁλίσκω, capio, *fut.* ἁλώσω, *præt.* ἥλωκα, *Attic.* ἑάλωκα, *aorist.* 2. ἥλων 374
unde partic. ἁλοὺς· *præt. autem et aor.* 2. *pass. significant; hinc* ἁλῶναι, *act. et* ἁλῆναι, *pass.* π. 714.

Νεῖκος, εος, τὸ, contentio, παρὰ τὸ νέους εἰκεῖν, *quòd juvenum pro-* 376
prium sit contentiosos esse; vel quasi νίεικος, *à particulâ privat.* νι, *et* εἴκω, cedo.

Χαλεπαίνω, succenseo; injuriâ lacesso, exhibeo me difficilem et as- 378
perum; *à* χαλεπὸς, ἡ, ὸν, difficilis, molestus, gravis, asper.

Ἀνάβλησις, εως, ἡ, dilatio; *ab* ἀναβάλλω. 380

Ἠβαιὸς, ὰ, ὸν, *pro* βαιὸς, ὰ, ὸν, parvus: *propriè* ἠβαιὸν *est quod* διὰ σμικρότητα μὴ βάσιν ἔχει, *ubi* η *pro* α *priv. vel* ἠβαιὸς, *pro* βαιὸς, parvus, modicus, *et pleonasm.* τοῦ η.

381 Δεῖπνον, ου, τὸ, prandium, cœna; *quasi μεθ' ὃ ἴδει πονεῖν*, post quod laborandum erat; *ter enim cibum sumebant: primo ἄριστον, ante solis exortum; deinde δεῖπνον, tertiò δόρπον, quod cœna nostra est*. Coul.

Ξυνάγω, *pro* συνάγω· ξυνάγωμεν ἄρηα, ut committamus pugnam.

382 Θήγω, *fut.* ξω, acuo: *quasi εἰς θόον ἄγειν*, ad celeritatem impellere; *hinc* θηγάνη, ης, ἡ, cos; θηξάσθω, 3. *sing. aor.* 1. *imperat. med.*

Ἀσπὶς, ίδος, ἡ, clypeus; *à* σπῶ, σπίζω, extendo, *et α priv. quoniam non in longum producitur, sed rotundus est*.

384 Ἅρμα ατος, τὸ, currus; *ab* ἁρμὸς, οῦ, apta commissura, *ab* ἄρω, coapto. Ἀμφὶς ἅρματος, ex utrâque parte currus.

Μεδέσθω, curet, curam gerat, 3. *sing. præs. imperat. med. verbi* μέδω.

385 Στυγερὸς, ρὰ, ρὸν, tristis, horribilis, odio dignus; *à* στυγέω, odi, tremo, horreo, metuo; *à* Στὺξ, γὸς, ἡ, Styx, palus inferorum.

386 Παυσωλὴ, ῆς, ἡ, cessatio; *à* παύω, cesso.

387 Διακρίνω, discerno, dissipo, perficio, dirimo, *ut hìc; διακρινέει, pro -ει, Ion. dissol. fut.* 1.

388 Ἱδρώω, *f.* ώσω, sudo, *Att. pro ἱδρόω, ab ἱδρὼς, ῶτος, ὁ*, sudor, hoc *autem ab ἶδος, εος, τὸ, idem: quasi ὕδος, ab ὕδωρ*, aqua; *mutato spiritu cum primâ literâ*.

Τεῦ, *Dor. pro* τοῦ· *hoc verò pro* τινός.

Τελαμὼν, ῶνος, ὁ, lorum: *à quo clypeus aut gladius suspenditur, à* τλάω, fero; *vel à* τείνω, extendo: *quod extendatur lorum; hinc* Τελαμώνιος, *prop.* Ajax, β. 528.

389 Ἀμφίβροτος, ότου, ὁ καὶ ἡ, circa hominem tegens undique; *ab* ἀμφὶ, *et* βροτὸς, mortalis.

Καμεῖται, 3. *sing. fut. med. à* κάμνω, *fut.* καμῶ, *med.* καμοῦμαι.

390 Ἔυξοος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulchrè politus; *idem* εὔξεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, *ab* εὖ, bene, *et* ξύω, *idem quod* ξέω, scalpo, cudo, polio.

Τιταίνω, tendo, extendo, traho, omnibus nervis contendo: *à* τείνω, tendo, extendo.

392 Μιμνάζω, *à* μίμνω, *à* μένω, maneo.

393 Ἄρκιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, sufficiens, vim propulsandi habens, utilis, adjuvans; *item* possibile; *ab* ἀρκέω, propulso; *item* auxilior; *item* sufficio, sum contentus.

395 Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, litus maris; *ab* ἄγω, frango; *quia unde allisæ litori franguntur; ἀκταὶ etiam sunt rupes à litore in mare projectæ*, μ. 284. *item*, fruges, λ. 630. ἀλφίτου ἱεροῦ ἀκτὴν, farinæ sacræ fructum; παρὰ τὸ κατάγνυσθαι, *quòd terantur, moliantur que; hinc* Ἀκταίη, Actæa Nympha, σ. 41.

396 Προβλὴς, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, projectus, prominens; *à* προβάλλω, projicio, emitto, promo, προβλῆτι σκοπέλῳ, *id est*, scopulo προέχοντι εἰς τὴν θάλασσαν, prominenti in mari.

Σκόπελος, έλου, ὁ, scopulus, locus eminens, *sed* altus, *ex quo circumjacentia oculis lustrari queant; à* σκοπέω, speculor: *quod à* σκέπτομαι, circumspicio; *item* inviso, visito.

397 Παντοῖος, οία, οῖον, omnigenus, varius; *à* πᾶς.

398 Ἀνστὰς, *poët. pro* ἀναστὰς, ᾶσα, ὰν, *item* ἀνστήτην, *pro* ἀναστήτην, α. 305. ἀνστήμεναι, κ. 55. ἀνστήσεσθαι, β. 694.

'Ορέοντο, *pro* ὠρέοντο, 3. *pl. imperf. pass. poëticâ augmenti detractione,*
et pleonasmo τῦ ε, ruebant.

Κιδάζω, *idem quod* σκιδάζω, dispergo, κιδασθέντες, *nom. plur. masc.*
aor. 1. *part. pass.*

Κάπνισσαν, fumum excitabant, 3. *pl. aor.* 1. *ind. Ion. et poët.* 399

Αἰειγενέτης, ου, ὁ καὶ ἡ, semper existens; *ab* αἰεὶ, *et* γίνομαι, sum; *epi-* 400
theton deorum, θεῶν αἰειγενετάων, *pro* -ῶν· *et* θεοῖς αἰειγενέτῃσι, *pro* -ταις,
γ. 296.

Μῶλος, ου, ὁ, strages in bello, pugna diuturna, vulnus; *item* pondus; 401
παρὰ τὸ μὴ λύεσθαι ταχέως, quòd non citò dirimatur; *vel quia* ὁμοῦ ὀλ-
λύω, simul perdit.

Πενταέτηρος, ηρου, ὁ καὶ ἡ, quinquennis, quinquennalis; *ab* ἔτος, εος, τὸ 403
annus; πενταέτης, *idem.*

Κικλήσκω, *verbum poët. idem quod* καλέω, voco; κίκλησκεν, *pro* ἐκίκλησ- 404
κεν, 3. *sing. imperf.*

Ἕξ, sex, ἕκτος, η, ον, sextus. 407

Αὐτόματος, ου, ὁ καὶ ἡ, spontaneus, ex seipso aliquid faciens; *ab* αὐτὸς, 408
et μάω, cupio.

Βοὴ, ῆς, ἡ, clamor, *ut* βοὴ ἄσβεστος, immensus clamor, λ. 50. *item*
pugna, *quòd clamore magno confligi soleat; à* βοάω, clamo; βοὴν ἀγα-
θὸς, bello fortis, *per ellipsin præpositionis* κατὰ, *ut* ἅπαντα σοφὸς, *apud*
Theog.

Ἤδεε, *Ion. pro* ᾔδει, 3. *sing. plusq. perf. ab* εἴδω. *Solent enim Iones* 409
1. *pers. sing. plusq. perf. in* ειν *desinentes, terminare in* εα.

Ἀδελφειὸς, *et* ἀδελφεὸς, ῦ, ὁ, *Il.* ε. 21. *poët. pro* ἀδελφὸς, ῦ, ὁ, frater.

Αἰθὴρ, έρος, ὁ, æther, *item* cœlum; *vel ab* αἴθω, uro: *quòd superiora* 412
sunt igne plena; vel ab ἀεὶ, *et* θέω, *quia cœli semper sunt in motu.*

Πρηνὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, pronus, in caput propendens, præceps; παρὰ τὸ 414
πρὸ νενευκέναι, in anterius labi.

Βαλέειν, *Ion. pro* βαλεῖν, *fut.* 1. *verbi* βάλλω.

Μέλαθρον, άθρου, τὸ, *propriè,* medium tecti lignum, *sic dictum* ἀπὸ τοῦ
μελαίνεσθαι ὑπὸ τῦ κάπνυ, *quia nigrescit à fumo; per synecdoch. ponitur*
pro totâ domo.

Αἰθαλόεις, εσσα, όεν, ardens, *part. verbi* αἰθαλόω, *ab* αἴθω, uro. 415

Δήϊος, *pro* δάϊος, *Ion.* hostilis, ardens, bellicosus, *à* δαίω, uro; δηΐοιο,
pro δηΐου, *Ion. ut et* δηΐοισι *pro* δηΐοις, δ. 373.

Θύρετρον, ἔτρου, τὸ, janua, *à* θύρα, ας, ἡ, *idem,* β. 788. *hinc* θύριον, os-
tiolum, *et* fenestra, *et* θυρεὸς, *Odyss.* ι. 240. saxum claudens speluncæ
ingressum.

Δαΐξαι, *aor.* 1. *infin.* δαΐζω, *fut.* σω, *vel* ξω, divido, partior, discindo; 416
à δαΐω, *idem;* δαῖσαι γάμον, instruere nuptiales epulas, τ. 299. *et* δαϊ-
σάμενοι, *Odyss.* η. 188. epulati: *à* δαίω, epulor.

Ῥωγαλέος, έα, έον, fissus, fractus; *à* ῥωγὴ, ῆς, ἡ, fissura, *à* ῥηγνύω, 417
frango.

Κονία, ας, ἡ, pulvis; *à* κόνις, *idem; à* καίω, uro: κονίῃσι, *dat. plur.* 418
Ion. pro κονίαις· *cinis est pulvis ex re ustâ nascens; vel à* κινέω, *quia,*
facilè supplosione pedis excitatur. Vide suprà 150.

'Οδὰξ, mordicus, *adverb. ab* ὀδὺς, ὄντος, ὁ, dens; *ab* ἔδω, edo.

Λαζοίατο, *3. pl. opt. med. Ionic. pro* λάζοιντο· *à* λάζομαι, prehendo, capio, *idem* λαμβάνω, *in prosâ, cujus aor.* 2. ἔλαβον, *ex quo fit verbum* λαβάζω, *et per syncopen* λάζω.

419 'Επεκραίαινε, annuebat, *3. sing. imperf. verbi* ἐπικραιαίνω.

420 Δέκτο, *per syncopen pro* ἐδέχετο, *Ionic.* κ *pro* χ, *vel poët. pro* ἐδέδεκτο, *3. sing. plusquamperf. verbi* δέχομαι.

'Αμέγαρτος, ου, ὁ καὶ ἡ, immensus; *à* μέγας, *et* α, *idem quod* σύν· *aliquando* invidiâ carens: *et sic ab* α *privat. et* μεγαίρω, invideo.

426 'Υπείρεχον, *per metath. transposito augmento, pro* ὑπέρειχον, *ab* ὑπερέχω. *Homerus tamen sæpè usus est* ὑπεὶρ, *pro* ὑπὲρ, *tum extra compositionem,* ψ. 227. *tum in compositione, ut* ὑπείροχος, excellentior, ζ. 208.

427 'Επάσαντο, gustârunt, *3. plur. aor. 1. med. verbi* πάω.

435 Δηθὰ, *idem quod* δὴν, diu, *ex quo factum.*

Λέγω, *aliquando significat,* cubare facio, dormitum dimitto; λέγομαι, dormio, cubo, jaceo, λεγώμεθα, 1. *plur. subj. præs.*

436 'Αμβάλλομαι, *poët. pro* ἀναβάλλομαι, differo, procrastino, prorogo: *ut* ἀμβλήδην, *pro* ἀναβλήδην, χ. 476. *et* ἀμβολάδην, *pro* ἀναβολάδην, φ. 364.

438 'Αγειρόντων, *Attic. pro* ἀγειρέτωσαν, *3. pl. imper. præs.*

439 'Αθρόος, α, ον, confertus, densus, frequens; ἄθροος, *autem,* nullam edens vocem; *à* θρέω, tumultuando loquor.

440 Ἴομεν, *per Ionic. systol, pro* ἴωμεν, 1. *plur. aor. 2. verbi* εἶμι, vado.

Θᾶσσον, citiùs, *comparat. pro* ταχύτερον· *à* ταχὺς, εῖα, ὺ, velox, *idem* θᾶττον· *dicitur* θάσσων *pro* τάττων.

446 Θύνω, propero, impetu quodam feror, *pro* θύω, *idem, pleonasmo literæ* ν, *ut* ἀρτύνω, *pro* ἀρτύω, θῦνον, *3. plur. imperf. Ion. pro* ἔθυνον.

447 'Ερίτιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, pretiosus, valde honoratus; *à* τιμὴ, pretium: *quod est à* τίω, honoro, punio, persolvo, *et* ἐρι, *particulâ augmentat. quæ est in compositione tantùm.*

'Αγήραος, *apud poëtas pro* ἀγήρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, senectutis expers, non senescens; *ab* α *privat. et* γῆρας, τος, τὸ, senectus.

448 'Εκατὸν, centum; *ab* ἑκὰς, procul; *centesima pars, quia procul abest à primâ.*

Θύσανοι, fimbriæ, *seu* villi; *hinc* θυσανόεσσα αἰγὶς, fimbriata ægis, ρ. 593. *et* θυσσανόεσσα, ι. 738. *à* θύω, *quod est* ὁρμῶ, *et* κινῶ.

'Αερέθομαι, *poëtica vox,* attollo, pendeo; *metaph.* instabilis sum; ἠερέθοντο, *3. plur. imperf. pass. dicitur et* ἠερέθομαι *in præs. formatum ex præt. imperf. ab* ἀείρω, *idem.*

449 Εὐπληκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, bene contextus; *à* πλέκω, plico: εὔπλεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *idem.*

'Εκατόμβοιος, ου, ὁ καὶ ἡ, valens centum boves; *ab* ἑκατὸν, centum, *et* βοῦς, bos; *vel potiùs centum numismata ejus nominis: nam* βοῦς *etiam olim erat Atticum numisma, bovis notâ percussum.*

450 Παιφάσσω, oculos undique verto; παιφάσσουσα, *part. præs. fœm. quidam per reduplicationem, ex* φάω, *dictum volunt; alii quasi* πάντα τὰ φάη ἀΐσσω· *ad aliam significationem transfert poëta,* ι. 808. πολεμίζειν οὐκ εἴασκον, οὐδ' ἐκπαιφάσσειν, pugnare non sinebam, neque irruere.

Σθένος, εος, τὸ, robur vis; *dicitur quasi* στένος, *ab* ἵστημι, sto; *hinc* 451
σθεναρὸς, ρὰ, ρὸν, validus.

Ἄληκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, incessabilis; *ab* α *privat. et* λήγω *cum* η, cesso, 452
finem facio; *est et* ἄλληκτος, *idem*, 632. *hic adverbialiter.*

Ἀΐδηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, obscurus, tenebricosus, inexpectatus; *ab* α *pri-* 455
Μελιηδὴς, *et Dor.* μελιαδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, dulcis instar mellis; *à* μέλι, 346
mel, *et* ἡδὺς, εῖα, ὺ, suavis.

Ἀνεμώλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ventosus, futilis; *ab* ἄνεμος, ου, ὁ, *quasi* ἀνεμώνιος. 355

Βάζω, *fut.* ξω, dico, loquor; *vox poëtica; à* βοὴ, ῆς, ἡ, clamor, βοάζω, *et syncop.* βάζω.

Περιώσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, sanctissimus supra cæteros, supra modum supe- 359
rans; *à* περὶ, *et* ὅσιος, ία, ιον, sanctus, *vel quasi* περιαύσιος, qui facilè exaudiri potest; *à* περιαύω, admodum clamo: περιώσιον, magnopere.

Δῆνος, εος, τὸ, consilium; *à* δὴν, diu: *eò quòd diu sit consultandum.* 361

Ἀρέσκω, *fut.* 1. ἀρέσω, placo, *ab* ἄρω, apto; *nam cùm aliquem pla-* 362
care desideramus, nos ejus moribus accommodamus; ἀρεσσόμεθα, *poët. pro* ἀρεσόμεθα, 1. *pl. f.* 1. *med.*

Μεταμώλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, *pro* μεταμώνιος, *Attic. qui pro* ν, *dicunt* λ, va- 363
nus, irritus, ventosus; *ab* ἄνεμος, ventus; *vel ex* μετὰ, *particulâ negat.* μὴ, *et* ὀνῶ, juvo.

Κολλητὸς, ὴ, ὸν, conglutinatus, adjunctus, bene compactus; *à* κολ- 366
λάω, conglutino, jungo, *quod à* κόλλα, ης, ἡ, gluten.

Καπανήϊος, *Ion. pro* Καπανεῖος, *pro* Καπανέως, *in genit. à nomin.* Καπα- 367
νεὺς, *proprium; à* κάπτω, comedo, *item* spiro, flo; *est et* Καπανῆος, β. 564. *hinc* Καπανηϊάδης, *patronymicum*, ε. 109.

Ὀπιπτεύω, *fut.* σω, circumspicio; *per reduplicat. ab inusitat.* ὀπτεύω, 371
ab ὄπτομαι, video.

Γέφυρα, ας, ἡ, pons, *semita inter diversos aciei instructæ ordines; di-*

citur quasi γήφυρα, ἡ ἐφ' ὑγροῦ γῆ, terra super humido posita; *hinc* γεφυρόω, *fut.* ώσω, ponte tego, ο. 357.

381 Παραίσιος, ε, ὁ ϗ ἡ, dirus, infaustus: *à* παρὰ, *et* αἶσα, ης, ἡ, fatum, sors; παραίσια σήματα, sinistra Jovis signa. *Illa verò Jovis signa fuêre fulgura, ait Eustath.*

383 Βαθύσχοινος, ε, ὁ ϗ ἡ, profundos habens juncos; *à* βαθὺς, εῖα, ὺ, profundus, *et* σχοῖνος, ε, ὁ, *et aliquando* ἡ, juncus, funis; *laus hæc fluviorum. Inde statuæ illorum junco et arundine redimitæ; est hìc epithet. fluvii Asopi; Hymn. in Dianam, ver. 3. Meletæ.*

390 Ἐπίῤῥοθος, ε, ὁ ϗ ἡ, adjutor, auxiliator; *item*, utilis; ῥόθος, ε, ὁ, undarum strepitus; *item* impetus; *à* ῥέω, *fut.* ῥεύσω, fluo; *adeò ut* ἐπίῤῥοθος *dicatur ille, qui magnâ aliquem animi contentione juvat.*

391 Κέντρον, ε, τὸ, stimulus, calcar, centrum, punctum in medio globi; *hinc* κέντωρ, ορος, ὁ, stimulator.

400 Εἶο, *Ion. vel poët. pro* οὗ.

402 Ἐνιπὴ, ῆς, ἡ, objurgatio; *ab* ἐνίπτω.

406 Ἑπτάπυλος, ε, ὁ ϗ ἡ, septem portas habens; *ab* ἑπτὰ, septem, *et* πύλη, ης, ἡ, porta; ἑπτὰ, *autem quasi* σεπτὰ, *à* σέβω, veneror; *et quia poëtæ aliquid sanctum et sacrum huic numero esse crediderunt, attribuunt epitheton ex* ἑπτὰ *compositum rebus, quas dignas laude arbitrantur; hìc* Θήβης ἑπταπύλοιο. *Iliad.* η. 220. σάκος ἑπταβόειον, *de Ajacis clypeo, &c.*

407 Ἀγαγόνθ', *pro* ἀγαγόντι, *part. aor.* 2. *ab* ἤγαγον, *pro* ἦγον, *aorist.* 2. *verbi* ἄγω.

408 Ἀρωγὴ, ῆς, ἡ, auxilium; *ab* ἀρήγω.

409 Ἀτασθαλία, ας, ἡ, improbitas; *item* petulantia; *fit ab* ἀτάσθαλος, ε, ὁ ϗ ἡ, improbus, malorum auctor; ἀπὸ τῦ ταῖς ἄταις θάλλειν, *ut sit is, à quo mala quasi germinant: vel, ab* ἄτη θαλίας, noxa et clades convivii, *ut sit nocua improbitas ob violentiam quorundam agrestium, qui laborantes edendi penuriâ, cùm quid viderent, confestim in illud irruentes rapiebant; hinc* ἀτασθάλλω, *Odyss.* σ. 57. improbè ago.

410 Ἔνθεο, *aor.* 2. *med. imperat. Ion. pro* ἔνθε, *quod Atticè ponitur pro* ἔνθεσο· *est et* ἔνθεο, *aor.* 2. *med. ind. pro* ἐνέθε, *quod Attici pro* ἐνέθεσο, ζ. 326. *ab* ἐντίθημι, pono, impono, concipio.

412 Τέττα, *adverb. benevolentiæ, quo seniorem junior compellat, honoris aut benevolentiæ gratiâ;* τέττα φίλε, ἄττα τροφέως, πάππα πατρὸς, ἠθεῖε ἀδελφῦ· τέττα, amici; ἄττα, nutritii; πάππα, patris; ἠθεῖε, fratris, Coul.

416 Δηόω, *fut.* ώσω, vasto, uro, *per syncop. pro* δηϊόω, *vel* δηϊάω, depello, igni et ferro vasto; *à* δαίω, uro; *vel, à* δαῒς, ΐδος, ἡ, pugna.

420 Βράχω, *fut.* ξω, sonum edo. *Onomatopœïa, dictio facta à sono, quem virga aut jaculum reddit, cùm vibratur.*

421 Ταλασίφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui animo patienti est, et forti; *à* τάλασις, εως, ἡ, patientia; *quod à* ταλάω, fero, *et* φρὴν, ενος, ἡ, *est et* ταλάφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, *idem*, ν. 299.

424 Κορύσσω, armo; κορύσσομαι, armor, impetu feror, attollor, *ut hìc; à* κόρυς, θος, ἡ, galea.

425 Χέῤῥος, *sive* χέρσος, ε, ὁ ϗ ἡ, desertus, incultus; χέρσος γῆ, deserta

terra: *χέρσος etiam substantivè,* inculta terra; *et sæpè simpliciter,* terra; *dicitur quasi ἐξ ἧς ἐστὶ χερσὶ πρoσάπτεσθαι, quia potest manibus excoli.*

"Ακρα, ας, ἡ, summitas, promontorium, extremitas, littus: *quia est terræ extremitas; ab ἄκρος, ρα, ρον,* summus.

Κορυφόω, *fut.* ώσω, erigo, attollo, impleo; *à* κορυφὴ, ῆς, ἡ, vertex, 426
summa pars capitis.

Πτύω, *fut.* σω, spuo; *mare etiam dicitur πτύειν, cùm eructat, et exspuit; ἀποπτύω, idem.*

"Αχνη, *et* ἄχνα, ης, ἡ, paleæ in frumento; *item,* spuma, *vel* ejectamentum maris, *ut hìc.*

Νωλεμὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, indesinens, fortiter persistens; *hinc νωλεμὲς (cui* 428
et aliquando additur αἰεὶ, ut ι. 317. *νωλεμὲς αἰεὶ,* semper assiduè) *et νωλεμέως,* indesinenter; *à νη priv. et λείπω, quasi νωλειπής.*

Σημάντωρ, ορος, ὁ, qui signum dat classicum canendo, dux; *à σημαί-* 431
νω, signum do, *et* jubeo; *quod à σῆμα, τος, τὸ,* signum.

Πολυπάμμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, dives; *à πολὺς, et πάμμα, ατος, τὸ,* posses- 433
sio; *à πάω,* possideo, pascor.

Αὐλὴ, ῆς, ἡ, aula, atrium, locus vacuus, subdialis, ante ædes expositus; *item,* caula; *quoniam stabulantur animalia in hujusmodi locis; ab ἄω,* spiro: *quia ista loca sunt aperta, et facilè à ventis perflata; aliquando est,* regia domus, *ut Il. ζ.* 247. *sed rarò apud Homerum.*

'Αμέλγω, *fut.* ξω, mulgeo; *παρὰ τὸ ἅμα ἕλκειν, quia unà et simul* 434
trahatur; hinc nox dicitur ἀμολγὸς, ȣ, ὁ, λ. 173. *quia sub noctem pecora solent mulgeri.*

Γάλα, γάλακτος, τὸ, lac: *quasi κάλα· παρὰ τὸ κάλον εἶναι εἰς ἀνατροφὴν, quòd lac sit nutritioni aptum, et visu pulchrum; hinc Odyss. δ.* 336. *hinnulus, qui non ablactatur, dicitur γαλαθηνός.*

'Αζηχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *tria significat;* (1.) magnum sonum edens; *ab* 435
α priv. et ἦχος, ȣ, ὁ, sonus; *hinc adverbium ἀζηχὲς,* magno cum clamore, *ut hìc.* (2.) durus et aridus, *ο.* 25. *ab ἄζη, ης, ἡ,* ariditas. (3.) indesinenter, *ρ.* 658. *quasi ἀδιεχὴς, et ἄδην ἔχων,* non disjunctus, semper habens.

Μηκάομαι, balo, *propriè caprarum, ut βληχᾶομαι, ovium; præt. med. μέμηκα· etiam tribuitur ovibus: unde participium μεμηκὼς, et Dor. μεμακὼς, υῖα, ὸς. Dores enim mutant η in α.*

Θρόος, ȣ, ὁ, rumor tumultuarius, tumultuantium clamor, murmur; 437
item generaliter, vox, vociferatio; *à θρέω,* lugeo, tumultuando clamo; *hinc θρῆνος, ȣ, ὁ,* lamentatio; *et θρηνέω,* lamentor.

"Ιος, ἴα, ἴον, unicus, solus; *est etiam ἰὸς, ȣ, ὁ,* jaculum, sagitta; *ab ἵημι,* jaculor.

Γῆρυς, υος, ἡ, vox; *hinc γηρύω,* loquor, sono; *Hymn. in Merc.* 425. *derivant παρὰ τὸ γῆρας, ἡ γὰρ φωνὴ τοῖς γέρȣσι πρέπει, senes loqui decet, quòd ritè præstant.*

Πολύκλητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, è multis locis evocatus; *ex πολὺς, et κλητὸς,* 438
quòd à καλέω, voco.

Δεῖμος, ȣ, ὁ, terror; Δεῖμος καὶ Φόβος, Terror et Timor, *sunt Martis* 440

equi, Il. ο. 119. ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε ζευγνύμεν, equosque jussit Metum Terroremque jungere; *à* δείδω, *fut.* σω, timeo.

Φόβος, ου, ὁ, metus, timor, fuga; *à* φέβομαι, fugio, timeo; *quia quæ timemus, ea fugimus.*

Ἄμοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, insatiabilis, inexplebilis *in genere; ab* α *priv. et* μοτὸς, linteum illud quod vulneribus inditur; *hinc* ἄμοτος, qui lineamentis vulnerariis oppleri non potest; *et per consequens,* inexplebilis.

443 Στηρίζω, *fut.* ξω, firmo, confirmo, figo; *ab* ἵστημι, *cujus significationem retinet, licèt vehementiorem; significat etiam neutraliter* sto, consisto, firmo pedem; *ut Odyss.* μ. 434. οὔτε στηρίξαι ποσὶν ἔμπεδον, neque stare pedibus firmiter.

447 Ῥινὸς, οῦ, ὁ, *vel* ἡ, pellis, cutis; *item,* clypeus, scutum, *figuratiuè; olim enim scuta ex pellibus bubulis faciebant; hinc* ῥινοτόρος, ου, *Il.* φ. 392. clypeos tundens, *epithet. Martis: sed* ῥὶν, *et* ῥὶς, ῥινὸς, ὁ, nasus.

448 Ὀμφαλόεις, εσσα, εν, umbilicatus, *epithet. scuti; ab* ὀμφαλὸς, οῦ, ὁ, umbilicus animalis.

449 Ἔπληντο, *imperf. pass. verbi* πλάω, *quod per syncop. dicitur pro* πελάω, appropinquo: *formatur anomale* ἔπληντο, *tanquam à* πλῆμι· ἔπλητο *autem in* 166. *Batrachom. pro* ἐπέπλητο, impleta erat, *plusq. perf. verbi* πίπλημι, *seu* πλήθω, impleo: *vel pro* ἐπέπληντο, *à* πλήθω.

450 Οἰμωγὴ, ῆς, ἡ, ejulatus, ploratus; *ab* οἰμώζω.

452 Χείμαῤῥος, ου, ὁ, torrens; *epithet.* ποταμοῦ· *est et* χειμάῤῥοος ποταμὸς, ε. 138, *et contract.* χειμάῤῥους, λ. 493. *à* χειμὼν, ῶνος, ὁ, hyems, tempestas, *et* ῥέω, fluo; *quasi* χείματι ῥέων.

453 Μισγάγκεια, ας, ἡ, locus in convalle, in quo fit mistio aquarum ex montibus confluentium; *à* μίσγω, misceo, et ἄγκος, εος, τὸ, vallis.

454 Κρουνὸς, οῦ, ὁ, scaturigo rivorum et fontium, scatebra saliens; *à* κρούω, pulso, *quòd ex montibus* μετὰ κρούσεως, *cum strepitu defluat; vel,* ἀπὸ νάειν κρότῳ.

Ἔντοσθε, intus, intra; *ab* ἐντὸς, intus.

Χαράδρα, ας, ἡ, *Ion.* χαράδρη, sulcus, quem torrens impetu suo facit, alveus; *à* χαράσσω, *fut.* ξω, sculpo, imprimo, signo, scribo.

455 Δοῦπος, ου, ὁ, sonitus, fragor; *propriè, quem corpus aliquod ad terram allisum edit; hinc* δουπέω, *fut.* ήσω, strepo, tinnio, sono, δ. 504. *fit per onomatopœiam.*

460 Μέτωπον, ου, τὸ, frons, pars faciei μετὰ τοὺς ὦπας, post oculos, *vel,* inter oculos; *hinc* μετώπιον, ου, τὸ, λ. 95.

461 Σκότος, ου, ὁ, *vel* εος, τὸ, tenebræ, caligo; παρὰ τὸ σκιάζειν, obumbrare; *vel, quasi* σκόπος, ὅτι δεῖ προσκοπεῖσθαι, *quòd prospicere debeat is, qui in tenebris ambulat: vel,* παρὰ τὸ σχέθειν, *quòd sæpè nos tenebræ detineant, ne ultra progrediamur.*

462 Ἐρείπω, everto, prosterno, *aor.* 2. ἤριπον, *neutraliter significat,* cecidi, lapsus sum; *hinc partic.* ἐριπὼν, ε. 309. *et* ἔριπτο, ξ. 15.

465 Λελιημένος, η, ον, charus, promptus, cupidus; *perf. part. pass. verbi* λιλάω, volo, *à* λῶ, *poëtic. quod est,* volo, cupio.

468 Κύπτω, *fut.* ψω, pronus sum, inclino, curvo, κύψας, ασα, αν, *part. aor.* 1.

Ξυστὸν, ῦ, τὸ, hasta perpolita; *à* ξύω, rado, polio; *à quo et* ξυστὸς, ὴ, ὸν, *adject.* perpolitus. 469

Λύκος, ῦ, ὁ, lupus, *ab albenti pilo sic dictus;* λύκος *enim antiquis Græcis erat* lux solis, *et* sol ipse: *unde Apollo seu Sol dictus est* Λύκιος *et* Λυκηγενής. *Vide Clarke in Il.* δ. 101. 471

Δινοπαλίζω, *fut.* ξω, fero, quatio, occido; *à* δονέω, *fut.* ήσω, agito, concutio, *et* πάλλω, vibro; *vel quasi* δονέω ταῖς παλάμαις, excutere manibus; *usurpatur etiam, Odyss.* ξ. 512. *pro* amicio; τὰ σὰ ῥάκεα δινοπαλίξεις, tuis te vestibus amicies. 472

Ἠΐθεος, ῦ, ὁ, juvenis, innuptus; παρὰ τοῦ αἴθω, uro: *quia juvenes fervent; dicitur et* ἤθεος, ι *subscript. Attic. quod de virgine dicitur, secundum Eustath. sed* ἠθεῖος, εία, ον, *est* frater, *et* affinis; παρὰ τὸ Θεὸς. 474

Θρέπτα, τὰ, nutritionis præmia, *pro* θρέπτρα, *hoc autem pro* θρεπτήρια· *à* θρεπτήριον, *quod est à* τρέφω, θρέψω, nutrio. 478

Αἰὼν, αἰῶνος, ὁ, æternitas; παρὰ τὸ αἰεὶ ὤν, *quia semper est; aliquando*, duratio vitæ hominis, *ut hìc; aliquando* vita ipsa hominis, ι. 685. *et aliarum creaturarum, Hymn. in Merc.* 42. *ponitur et ut* ævum *apud Latinos, pro longiori vitâ.*

Αἴγειρος, ῦ, ὁ, populus, *videlicet, quoddam genus arboris;* ἀπὸ τῆς ἐγέρσεως, *quòd in altum erigatur; vel,* παρὰ τὸ κατάγνυσθαι, *quòd ventis perculsa frangatur, Odyss.* η. 106. φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο, folia excelsæ populi; *à* μῆκος· *sed* Coul. Macedoniæ: *quia, inquit, frequens est arbor in Macedoniâ.* 482

Εἱαμενὴ, ῆς, ἡ, locus irriguus et herbosus, humectus et uliginosus, pratum; *ab* εἶαρ, ας, ἡ, herba, gramen. 483

Ἕλος, εος, τὸ, palus; *quo non* ἑλὴ, *splendor solaris pertingit.*

Λεῖος, εία, εῖον, lævis, non asper. 484

Ἁρματοπηγὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui currum fabricatur; *ab* ἅρμα, τος, τὸ, currus, *et* πήγνυμι, fabricor. 485

Ἴτυς, υος, ἡ, rotæ circumferentia, in quâ radii infiguntur; *aliquando* rota; *ab* ἴω, eo; *quasi in circulo vadens.* 486

Βουβὼν, ῶνος, ὁ, inguen, *à* βῶ, incedo, *et particulâ emphaticâ* βῦ, ὁ μεγάλως βαίνων· τοῦ βαίνειν ἐστὶν ὑπερέτης, *gressum juvat. Est etiam tumor in illâ parte, aut collo, aut axillis, &c.* 492

Κεκάδοντο, *pro* ἐχάδοντο, 3. *pl. a.* 2. *Dor. vel Ion. à* χάζω, recedo, retrocedo, *fut.* 2. χαδῶ, *per Anadiplas. et convers.* τοῦ χ *in* κ, κεκαδῶ. 497

Ὠκειάων, velocium, *gen. plur. fœm. adj.* ὠκὺς, εῖα, ὺ. 500

Κόρση, *et Attic.* κόῤῥη, ης, ἡ, crinis, tempora capitis, caput; *à* κείρω, tondeo. 502

Κρόταφος, ῦ, ὁ, *Ion.* οιο, *idem;* παρὰ τὸ κροτεῖν τὴν ἀφρὴν, *quòd pulsus venarum ibi facilè dignoscatur.*

Ἀραβέω, sono; *ab* ἄραβος, ῦ, ὁ, strepitus, *maximè is qui fit in bello clamor,* κ. 375. stridor dentium; ἄραβος δὲ διὰ στομὰ γίνετ' ὀδόντων. *Eustath. dicit* δοῦπος *non tam asperum significare sonitum, quàm* ἄραβος. *Homerus dicit,* corpus in terram cadens δουπεῖν, arma ἀραβεῖν· ἄραβος *autem dicitur,* ἡ ἐν ἄρει βοὴ, in bello clamor, *quasi* ἀρέβοος. *vel,* ἡ ἐν ὄρει βοὴ, in monte clamor, *qui personat, et vocalis est; quasi* ὀρέβοος· *vel* ἡ ἐπὶ τὴν ἔραν βοὴ, ad terram clamor; *quasi* ἔραβος. 504

505 Φαίδιμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, splendidus, illustris; *à* φαιδρὸς, ρὰ, ρὸν, hilaris, splendidus; *idem* φαιδιμόεις, εσσα, εν, *v.* 686. φαιδιμόεντες Ἐπειοί· *quod est à* φάω· hinc φαείνω, splendeo, *et* φαίνω, luceo.

507 Ἰθύω, *fut.* σω, rectà tendo; *ἰθὺς, et εὐθὺς, εῖα, ὺ*, rectus.

508 Κέκλετο, *pro* ἐκέκλετο, 3. *sing. imperf. à poët.* κέκλομαι, jubeo, hortor; *fit autem* κέκλομαι, *per pleonasm.* τοῦ κ. *à* κέλομαι, *idem; quod à* καλέω.

511 Ταμεσίχρως, οος, ὁ ϗ ἡ, cutim, *seu* corpus vulnerans; *à* τέμνω, *et* χρόος, χροῦς.

513 Θυμαλγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, animum vexans, animo acerbus; *à* θυμὸς, ȣ, ὁ, animus, *et* ἀλγέω, doleo.

Πέσσει, coquit, 3. *sing. ind. præs. Æol. pro* πέπτει.

515 Τριτογένεια, *Minervæ epitheton, à* τριτὼ, όνος, ἡ, *Bœotic.* caput, *et* γίνομαι. *Poëtæ enim fingunt illam à capite Jovis esse genitam: vel à* τρίτος, tertius; *quòd nata sit tertiâ mensis die, aut quia eadem cum Lunâ est, quæ tertiâ à coïtu die apparet; vel, quia Minerva est ipsa prudentia, cujus tres sunt partes; benè deliberare, ritè judicare, justè facere.* Coul.

518 Χερμάδιον, ȣ, τὸ, lapis magnus, qui manum implere possit; *vel*, qui unâ manu sustolli potest; *à* χεὶρ, manus, *et* μάσσω, tango.

Ὀκρυόεις, εσσα, εν, horrendus, dirus, tristificus; *ut* ζ. 345. Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς ὀκρυοέσσης, levir mei, quæ sum canis horrenda, *pro* κρυόεις, *Il.* ι. 740. κρυόεσσα ἰωκὴ, horribilis insequentium impetus; *à* κρύος, εος, τὸ, frigus, *quasi* κρύους καὶ φόβȣ ποιητικὸς· *nisi potiùs hìc sit legendum* ὀκριόεντι, *longas prominentias habens, asper, ut et* θ. 327. *tum enim derivatur ab* ὄκρις, *idem quod* ἄκρις, summum cacumen, et prominentia; *hoc autem ab* ἄκρος, α, ον, summus.

521 Τένων, οντος, ὁ, tendo, nervus, *à* τείνω, tendo; *quia præcipua eorum actio intensione consistit.*

Ἀναιδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, impudens, inverecundus. *Metaph. tribuitur rebus inanimatis, ut hìc,* λᾶας ἀναιδὴς, lapis asper; *ab* α *privat. et* αἰδὼς, pudor, verecundia.

522 Ἄχρις, *seu* ἄχρι, usque ad, tenus, prorsus; *à* μέχρι, *vel* μέχρις, *idem.*

Ἀπηλοίησεν, 3. *sing. aor.* 1. *ab* ἀπαλοιάω, tero, contundo, confringo; *ab* ἀπὸ, *et* ἀλοιάω, *per pleonasm.* ι, *pro* ἀλοάω, trituro, *aliquando* frango, comminuo; *ab* ἀλωὰ, ᾶς, ἡ, area, *in quâ teritur, seu trituratur frumentum.*

526 Χολὰς, άδος, ἡ, intestinum; *dicitur* παρὰ τὸ δέχεσθαι τὸ χολῶδες τȣ̃ ἥπατος, *quòd bilem hepatis recipiat; vel, à* χαλάω, laxo; *quòd laxum sit; vel à* κοῖλος, cavus.

528 Πνεύμων, ονος, ὁ, pulmo; *à* πνέω, spiro; *est enim pulmo flatûs et spiritûs dispensator.*

529 Ἀγχίμολος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, propinquus, qui propè accessit; *usurpatur sæpè ut substant. cum præpositione* ἐξ· *ut Il.* ω. 352. ἀγχίμολον, *adverbialiter,* cominus; *à* μολέω, venio, vado, *et* ἄγχι, prope.

531 Γαστὴρ, ἡ, venter; *gen.* γαστέρος, *per syncop.* γαστρὸς, *dat. plur.* γαστῆρσι· παρὰ τὸ γῶ, capio; *quòd sit insatiabilis venter.*

Αἴνυμαι, aufero, capio, αἴνυτο, 3. *sing. imperf. Ion. pro* ἥνυτο.

'Ακερσεκόμης, ου, ὁ καὶ ἡ, comatus in vertice; *ab* ἄκρος, α, ον, summus, *et* κόμη, ης, ἡ, coma. *Thraces item dicti, quia cæsariem alebant in bello. Coma enim reverenda in senibus, veneranda in sacerdotibus, terribilis in bellatoribus*, Coul. *ex Ambros.* 533

Πελεμίζω, *fut.* ξω, agito, moveo, quatio, concutio, de gradu dejicio; 535
πελεμίχθη, 3. *sing. aor.* 1. *pass.* ἀ παλάμη, *ut sit propriè*, manu moveo.

Τετάσθην, extensi fuerunt, 3. *dual. plusquamperf. verbi* τείνω, *fut.* νῶ, 536
p. τέτακα, *p. pass.* τέταμαι.

'Ονόω, *fut.* σω, vitupero, *ab* ὄνημι, juvo, prosum; *item*, vitupero, ὀνόσαιτο, 3. *sing. aor.* 1. *opt. med.* 539

"Αβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, illæsus, invulneratus jaculis; *ab* α *priv. et* βάλλω· 540
sed ἀβλὴς, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, *epithet. jaculi nondum jacti. Vide suprà* 117.

'Ανούτατος, ου, ὁ καὶ ἡ, non vulneratus, *ex* α *priv. et* οὐτάω, vulnero.

Δινεύω, circumvagor, circumago, *Æol. pro* δινέω, *idem*; ἀ δίνη, ης, ἡ, 541
vortex.

CLAVIS HOMERICA

IN E'. ILIADIS.

"ΕΚΔΗΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, manifestus, conspicuus, *ab* ἐκ, *et* δῆλος, manifestus. 2

'Ακάματος, ου, ὁ καὶ ἡ, indefessus, *id est*, οὐ καμὼν, non laborans; *ejusdem significationis est* ἀκάμας, αντος, ὁ καὶ ἡ, *quod Soli tribuitur*, σ. 239. *quia stare nescit; est et* 'Ακάμας, *proprium*, β. 823. *ab* α, *et* κάμνω, fatigo. 4

'Οπωρινὸς, ἡ, ὸν, autumnalis; ὀπωρινὸς ἀστὴρ, autumnale sidus, *id est*, 5
canicula, *quæ inclinante æstate exoritur; ab* ὀπώρα, ας, ἡ, autumnus, χ. 27. παρὰ τὸ ἕπεσθαι τῇ ὥρᾳ, *quia tempestatem æstatis sequitur autumnus; vel*, παρὰ τὸ ὂψ, *et* ὥρα· *est* ὀπώρα *(inquit Etymol.)* τὸ τῆς ὥρας ὄντως πρόσωπον ἔν τε καρποῖσι, καὶ ἄνθεσι θεωρούμενον, *spectabilis terræ facies fructibus et floribus.*

'Εναλίγκιος, ου, ὁ καὶ ἡ, similis. *Adject. regit casum dativum, et habet aliquando accusativum rei præter dativum personæ, Odyss.* α. 371. θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδὴν, diis assimilis voce; *ab* ἐν, *et* ἀλίγκιος, *idem.*

Παμφαίνω, colluceo, valde luceo, *idem quod* παμφανάω, *suprà* β. 459. 6

Λελουμένος, η, ον, lotus; ἀ λούομαι, *sed Att.* λοῦμαι, lavor.

"Ητην, erant, 3. *dual. imperf. poët. pro* ἤτην. 10

'Ορμάομαι, *aliquando idem quod* ὁρμάω, *suprà*, impetum cepi, impetu ruo; *est etiam* prodeo, proficiscor; ὁρμηθήτην, 3. *dual. aor.* 1. *pass. ab* ὁρμὴ, ῆς, ἡ, impetus. 12

16 Ἀκωκὴ, ῆς, ἡ, acies, mucro; *ab* ἄκων, οντος, ὁ, jaculum, *vel potiùs ab* ἀκὴ, cuspis, mucro.

19 Μεταμάζιος, ἰυ, ὁ κ̀ ἡ, quod medium est inter mamillas; *à* μαζὸς, οῦ, ὁ, mamilla.

20 Ἀποῤῥέω, *f.* σω, erumpo, exilio; *ab* ὀῤῥέω, irruo, gradu concitato feror; *ab* ὄρω, excito, concito.

21 Περιϐαίνω, *fut.* ήσομαι, circumeo; *apud Homer.* circumeo protegendo; *vel,* protego circumeundo; περιϐῆναι, *aor.* 2. *infin. ab indic.* περιέϐην *quasi à* βῆμι· βῆναι *simpl. legitur,* ν. 459.

23 Νὺξ, κτὸς, ἡ, nox *ante,* caligo *hìc.* 659. *hujus libri accipitur pro morte; à* νύσσω, pungo; *quia oculos pungit.*

24 Πάγχυ, omnino, penitus, *poët. pro* πάνυ, *à* πᾶς.

Ἀκαχημένος, η, ον, *part. ex* ἀκάχημαι, tristor, *præt. pass. verbi* ἀκαχέω, tristitiâ afficio, *facti ex* ἀχέω, *reduplicatione Atticâ; ἀκαχήμενος verò Odyss.* ι. 62. *part. præs. pass. verbi* ἀκάχημι, tristitiâ afficio; *ab* ἄχος, εος, τὸ, dolor; ἀκάχημαι, μ. 179. ἀκαχέιατο· *est et* ἀκαχίζω, ζ. 486. *et* ἀκάχω, ϑ. 207. *ejusdem significationis; sed* ἀκήχεμαι, tristor, ε. 364.

31 Βροτολοιγὸς, ῦ, ὁ, hominum pernicies; *à* βροτὸς, ῦ, ὁ, mortalis, *et* λοιγὸς, ῦ, ὁ, pernicies. *Epithet. Martis.*

Μιαιφόνος, υ, ὁ κ̀ ἡ, inquinatus cæde; *à* μιαίνω, inquino, *et* φόνος, υ, ὁ, cædes; *etiam epithet. Martis.*

Τειχεσιπλήτης, υ, ὁ, muros quatiens; *à* πλήσσω, *vel* πλήττω, *Att.* ferio, quatio, vulnero, vexo, *et* τεῖχος, εος, τὸ, murus; *vel reddi potest* appropinquator murorum ad diruendum; ὁ τοῖς τείχεσι προσπελάζων· *à* πελάζω, appropinquo, *venit* πελάτης, qui appropinquat, *et hinc per syncopen,* πλάτης *et* πλήτης· *est et* τειχεσιϐλήτης, murorum eversor, *à* βάλλω· *et* τειχεσιπλήστης, *idem cum* τειχεσιπλήτης, *sed non apud Homerum.*

36 Ἠϊόεις, εσσα, εν, habens magnas ripas, *vel* litora; *ab* ἠϊὼν, όνος, ἡ, ripa, litus; ἠϊόεις *verò per syncop. pro* ἠϊονόεις.

37 Κλίνω, *fut.* νῶ, *hìc,* in fugam verto, ἔκλιναν, 3. *plur. aor.* 1.

40 Στρεφθέντι, *participium aoristi primi passivi verbi* ςρέφω, verto, deflecto; *aliquando* versutè agere.

41 Μεσηγὺς, *vel* μεσηγὺ, *adverb.* in medio, inter; *scribitur etiam sæpè* μεσσηγὺς, *vel* μεσσηγὺ, *à* μέσος, medius.

43 Ἐναίρω, occido, spolio, destruo; *ab* αἴρω, tollo, *fut.* ἀρῶ, *aor.* 1. ἦρα, ἐνήρατο, 3. *sing. aor.* 1. *med.*

46 Νύττω, *et* νύσσω, *fut.* ξω, pungo, stimulo, lancino, vulnero: νύξ' *pro* ἔνυξε, 3. *sing. aor.* 1.

49 Αἵμων, ονος, ὁ κ̀ ἡ, *cum spiritu leni,* peritus, *per endeian* τῦ δ, *pro* δαίμων· *sed* αἵμων, *cum spiritu aspero,* cruentus; *ab* αἷμα.

Θήρα, ας, ἡ, venatio; *à* ϑὴρ, ρὸς, ὁ, fera, ε. 324. *quod dicitur quasi* φθεὶρ, *à* φθείρω, corrumpo; *unde etiam peculiariter (inquit* Coul.) *bestiæ venenatæ* ϑηρία *à medicis appellantur; vel* ἀπὸ τῦ ϑέειν ῥᾷον, *quòd feræ celeriter currant; hinc* ϑηρεύω, venor, *et* ϑηρητὴρ, ῆρος, ὁ, venator; ϑηρήτωρ, ορος, ὁ, *Il.* ι. 540.

50 Ὀξυόεις, όεσσα, όεν, acutus, spinosus; *ab* ὀξὺς, εῖα, ὺ, α. 190.

51 Διδάσκω, *fut.* άξω, doceo; *à* δὶ, *et* δάσκω, dispertior, *sive* divido; *vel à* δίδωμι, *et* δαίω, disco; *hinc* διδασκέμεναι, *pro* διδάσκειν, *Il.* ι. 442.

in voce med. significat erudiendum curo ; *in pass.* disco, certior fio.

Τὰ ἄγρια. *Vide γ.* 24. 52

Ἰοχέαιρα, ας, ἡ, sagittis gaudens ; *ab* ἰὸς, ὒ, ὁ, *et* χαίρω, *epithet. apud* 53 *Homer. Dianæ.*

Ἑκηβολία, ας, ἡ, peritia jaculandi eminus ; *ab* ἑκηβόλος, ὒ, ὁ, longè 54 jaculator ; *ab* ἑκὰς, *et* βάλλω.

Ἔλασσα, *poëtico pleonasmo pro* ἤλασα, *aor.* 1. *verbi* ἐλαύνω, *quod ali-* 57 *quando significat* trajicio, *ut hìc.*

Ἐφίλατο, 3. *sing. imperf. pass.* à φίλαμαι, *quod* à φιλέω, *vel potiùs* 61 *aor.* 1. *med. verbi* φιλέω· *aliquando enim verba circumflexa tempora formant quasi à Barytonis, ut* φιλέω, ῶ, *aor.* 1. ἔφιλα, *unde med.* ἐφιλάμην· *et in imperat. κ.* 280. μάλιστα μὲ φίλαι, Ἀθήνη, maximè me ama, Minerva ; *alii tamen legunt* φίλε· *vel per syncop. factum à regulari aoristo* ἐφιλησάμην.

Τεκτήνατο, 3. *sing. aor.* 1. *med. verbi* τεκταίνω, fabricor, *aliquando* 62 molior ; *à* τέκτων, ονος, ὁ, artifex, faber lignarius ; *quod à* τεύχω, fabricor.

Ἀρχέκακος, ὒ, ὁ καὶ ἡ, auctor, *seu* origo malorum ; *ab* ἀρχὴ, ῆς, ἡ, 63 principium, *et* κακὸς, ὴ, ὸν, malus.

Ἐκθέσφατον, *idem quod* θέσφατον, ὒ, τὸ, oraculum. *Suprà, γ.* 4. *ex-* 64 *primitur etiam* scientia divina.

Καταμάρπτω, *idem quod* μάρπτω, capio, corripio, assequor ; *quod* 65 *dicitur quasi* μάρῃ ἅπτομαι, manu capio.

Διώκω, *fut.* ξω, fugo, abigo, persequor, sequor ; *à* δίω, abigo ; *hinc* διωκέμεν, *ε.* 223. *et* διωκέμεναι, *Odyss. ο.* 278. *pro* διώκειν.

Γλουτὸς, ὒ, ὁ, clunis ; *quasi* γλοιτὸς· *à* γλοιὸς, ὒ, sordidus. 66

Διὰ πρὸ, per totum, omnino, prorsus, penitus.

Κύστις, ιος, ἡ, vesica, venter usque ad femora ; *à* κεύθω, occulto ; 67 *vesica urinam accipit, et occultat ; vel à* κύω, pario ; *quia urinam parit ; vel, à* χύω, fundo.

Γνὺξ, genu flexo, super genua ; *quasi* γονὺξ, *adverb. à* γόνυ, νος, *vel* 68 ατος, τὸ, genu ; *α.* 406.

Ἔπεφνε, interfecit, 3. *sing. imperf. verbi* πέφνω, *idem quod* φένω. *Vide* 69 *suprà, γ.* 281.

Πύκα, dense ; *aliquando etiam*, prudenter, accuratè, *ut hìc ; hinc* 70 πυκνὸς, ὴ, ὸν, densus.

Ἰνίον, ὒ, τὸ, nervus cervicis, posterior colli pars ; *unde* ἶνες, nervi 73 enascuntur, occipitium ; *ab* ἲς, νὸς, ἡ, nervus, vis.

Ψυχρὸς, ρὰ, ρὸν, *per syncop. factum ex* ψυχηρὸς, frigidus, gelidus ; *à* 75 ψύχω, frigefacio.

Ἐτέτυκτο, 3. *sing. plusq. perf. pass. verbi* τεύχω, *tanquam ex* τύχω, 78 *usurpatur tantummodo à poëtis ; est secunda persona* ἐτέτυξο, *μ.* 164. *ex primâ* ἐτετύγμην.

Μεταδρομάδην, cursim currendo ; *à* μεταδρομὴ, ῆς, ἡ, transcursus ; *hoc* 80 *autem à* μετατρέχω, transcurro ; *aor.* 2. ἔδραμον, *præt. med.* δέδρομα.

Ἀποξέω, *fut.* έσω, abrado, abscindo, *ex* ἀπὸ, *et* ξέω, *hìc per tmesin.* 81

Κραταιὸς, ὰ, ὸν, durus, fortis, vehemens ; *à* κράτος, εος, τὸ, robur : 83 *idem* κρατερὸς, ρὰ, ρὸν, *α.* 25.

Ἀμπέδιον, per campum, *poët. adverb. pro* ἀνὰ πέδιον· πεδίον, ου, τὸ, 87

campus; ἀ πέδον, ου, τὸ, solum, terra: eodem modo, κάππεδίον, poët. pro κατὰ πεδίον, ζ. 201.

Πλήθω, *fut.* σω, inundo, *cùm de fluviis et mari dicitur.*

89 Ἰσχανόωσιν, *poët. pro* ἰσχανῶσιν, *ex* ἰσχανάουσιν, reprimunt, coërcent. 3. *plur. præs. ut et Od.* θ. 288. ἰσχανόων, *pro* ῶν· *et* ἰσχανόωσαν, *Il.* ψ. 300. *ubi significat* cupidus: μέγα δρόμου ἰσχανόωσαν, cursus valde cupidam: ἰσχανάω, detineo, inhibeo, comprimo: *ab* ἴσχω, *quod ab* ἔχω· *est et* ἰσχάνω, ξ. 387.

90 Ἀλωὴ, ῆς, ἡ, *et Dor.* ἀλωὰ, locus vitibus et arboribus consitus, vinea, arbustum, campus frumentarius, area, sata, segetes: ἀλωάων, *gen. plur. Æol. pro* ἀλωῶν, *est etiam* ἅλων, ωνος, ἡ, area: *ab* ἀλίζω, congrego: *quod ab* ἅλις, satìs, abundè: *scribunt igitur quidam cum spiritu aspero.*

Ἐριθηλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, valde virens, *seu* latè frondens: *ab* ἐρι, valde, *et* θάλλω, germino, vireo.

91 Ἐξαπίνης, repentè, *poët. pro* ἐξαίφνης, ρ. 738. *ex* αἴφνης, subito: *quod est et* ἄφνω, repentè, subito: *quasi ex occulto adveniendo, pro* ἀφανῶς, ita ut non appareat, occultè.

Ἐπιβρίθω, *fut.* σω, ingruo magno cum pondere; *à* βρίθω, gravis sum, *item* ingruo; *hinc* βριθὺς, εῖα, ὺ, gravis, *infrà* 746. *et* βριθοσύνη, ης, ἡ, pondus, *infrà* 839.

95 Ὡς οὖν, postquam.

99 Γύαλον, ου, τὸ, concavitas; θώρηκος γύαλον, *id est,* τὸ μέσον, medium thoracis; *propriè,* τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς λέγεται γύαλον, παρὰ τὸ γῶ, *quod est* capio.

100 Διέχω, transfigo, *et* transeo, *hìc;* διέσχε, 3. *sing. a.* 2. *à* διὰ, *et* ἔχω.

Παλάσσω, *fut.* ξω, sortior, πάλασσετο, 3. *sing. imperf. pass.* η. 171. κλήρῳ νοῦν πεπάλαχθε, sortem movete nunc; *vel,* sorte accipite; *sed hìc* fœdo; *à* πάλλω, vibro.

102 Κέντωρ, ορος, ὁ, stimulator, qui pungit; κέντορες ἵππων, equorum agitatores; *à* κεντέω, pungo.

105 Ἀπόρνυμαι, concitatus alicunde feror, prodeo cum impetu; ἀπορνύμενος, ένη, ενον, *part. præs. ab* ἀπόρνυμι, excito; *quod ab* ὄρνυμι. *Suprà,* γ. 13.

106 Δαμάζω, *fut.* σω, *idem quod* δαμάω, subigo, affligo, conficio, occido; δάμασσεν, 3. *sing. aor.* 1. *pro* ἐδάμασε.

109 Ὄρσεο, *vel* ὦρσεο, *pro* ὄρσου, *imperat. pass. Ionic.* σ *inserto, metri gratiâ,* excitor; *ex futur.* ὄρσω, *ab* ὄρω.

112 Πὰρ, *per Apoc. apud poëtas, pro* παρὰ.

Διαμπερὲς, *adv.* prorsus, in totum, utrinque, per omnia; *vel,* utrinque perforatum; *item* semper, λ. 377. διὰ δὲ ἀμπερὲς, *per tmes. pro* διαναπερὲς, *à* διὰ, ἀνὰ, *et* πείρω· *idem* διαμπερέως.

113 Ἀνακοντίζω, *fut.* σω, ejaculor, emitto; *metaph.* sursum ebullio, subsilio, *ut hìc; ab* ἀκοντίζω, jaculor, *quod ab* ἄκων, οντος, ὁ, telum, jaculum.

Στρεπτὸς, ἡ, ὸν, versatilis, flexilis, tortilis, tortus: *à* στρέφω. *Vid. infrà* 493.

119 Φθάμενος, ένη, ενον, *part. aor. 2. med. ab* ἐφθάμην· *ab inusitato* φθῆμι,

pro quo φθάνω, prævenio, pervenio; *hinc* φθαίη, *aor.* 2. *opt.* κ. 368. *et* φθὰν, *part. act.* λ. 51.

Ἐλαφρὸς, ρὰ, ρὸν, levis, agilis instar cervi; *quasi* ἐλαφηρὸς· *ab* ἔλαφον 122
φέρων, ferens cervum; *hinc* ἐλαφρῶς, *adverb. Odyss.* ι. 240.

Ἄτρομος, όμου, ὁ καὶ ἡ, intrepidus: *ab* α *privat. et* τρόμος, ου, ὁ, timor; 126
ἀ τρέμω, timeo; *quod* ἀ τρέω, *idem.*

Σακέσπαλος, ου, ὁ, scuti vibrator, ἀ σάκος, εος, τὸ, scutum, *et* πάλλω, vibro.

Ἀχλὺς, ύος, ἡ, tenebræ, caligo, nubes; *quasi* ἄγαν ἀλύουσα, Coul. 127
Fortasse, inquit Harm. ab ἄχος *et* λύω, *sub noctem obrepente somno dolor consopitur, et mala nostra leniuntur.*

Οὐτάμεν, *Ion. Dor.* οὐτάμεναι, φ. 68. *pro* οὐτάναι, *præs. inf. ab* οὔτημι, 132
vulnero; *ab* οὐτάω.

Καὶ πρὶν πὲρ, *per tmes. pro* καίπερ. 135

Εἰροπόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, laniger; *ab* εἶρος, εος, τὸ, *seu* εἶριον, lana, vellus, *et* 137
πόκος, ου, *idem; quod* ἀ πέκω, pecto, carpo, tondeo, *nisi potiùs sit ab* εἴρω, necto; *quasi vellera innexa habens.*

Χραύω, *fut.* σω, ferio, saucio, leviter vulnero, perstringo, *propriè*, 138
leviter vulnerans sanguine corpus inquino; ἀ χράω, coloro, tingo; *quod habet et alias significationes, nempe*, commodo, oraculum edo; *item*, invado furiosè.

Καταδῦμι, *et* -δύω, *et* καταδύνω, ingredior, demergo, lateo, occultor, 140
mergo, vereor; *vel*, non audeo.

Ἔρημος, ου, ὁ καὶ ἡ, *vel* ος, η, ον, solitarius, desertus; *ponitur in neutro genere, subintellecto substant.* ὄϊς, ovis; *formatur ab* ἤρεμος, quietus et placidus: *quod per metath. literarum, ab* ἥμερος, mansuetus, *mutato spiritu; vel*, παρὰ τὸ ἔραν μόνην ἔχειν, *quia solam terram habet, qui solitario vivit.*

Ἀγχιστῖνος, *et* ἀγχιστῆνος, η, ον, *ab* ἄγχι στὰς propè stans; ἀγχιστῖνοι, 141
id est, πυκνοὶ, ἐπάλληλοι, densi, conferti, alii aliis contigui, &c. *ab* ἄγχι, *et* ἵστημι.

Ἐπ' ἀλλήλοισι, κέχυνται, 3. *plur. perf. pass. verbi* ἐπιχύω, infundo, *aliquando dicitur de multitudine, cùm in aliquem locum catervatim se refundit, vel confluit; ab* ἐπὶ, *et* χύω.

Κληῒς, ῖδος, ἡ, clavis; *quâ ostium aperitur, ut* ζ. 89. οἴξασα κληῖδι θύρας, 146
aperiens clave valvas; *item*, vectis, *seu* quicquid januam clausam continet, *ut* ω. 454. ἀνοίγεσκον μεγάλην κληῖδα θυράων, aperiens magnum claustrum januarum; *item*, sedes nautica, transtrum, *ut* π. 170. πεντήκοντ' ἔσαν νῆες, &c. *et paulò pòst*, πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες ἐπὶ κληῖσιν ἑταῖροι, quinquaginta erant viri in transtris; *item, pars corporis ut hìc. Vide* πολυκλῆϊς, β. 73.

Αὐχὴν, ένος, ὁ, cervix, loci angustia; *ab* αὐχέω, glorior, *Batrach.* 147
57. *quia gloria et vanitatis signum in erectâ cervice; hinc* αὐχένιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, cervicalis, *Odyss.* γ. 450.

Εἰργάθω, prohibeo, distraho, *ut hìc; dissolutione poëticâ,* εἴργαθον, *pro* εἶργαθον, *in imperf. ab* ἔργω, *vel* εἴργω, *idem.*

Κρίνομαι, *in voce mediâ aliquando significat,* conjecturam de re ali- 150

quâ facere, explorare, et examinare, *ut hìc ;* ἐκρίνατ᾽ ὀνείρους, conjecturam de somniis fecit; ἐκρίνατ᾽ *pro* ἐκρίνατο, 3. *sing. aor.* 1. *med.*

154 Κτέαρ, ατος, τὸ, possessio, prædium; *à* κτῆμα, ατος, τὸ, *suprà*, γ. 71. κτεάτεσσι, *poët. pro* κτέασι, *dat. pl.*

156 Γόος, ου, ὁ, *ut* νόος, νοῦς, lamentatio, luctus, *à* γοάω, lugeo.

158 Χηρωσταὶ, οἱ, qui succedunt in hæreditate viro viduo, et filiis carenti, *à* χῆρος, ρα, ρον, viduus, desertus; *hinc* χηρόω, desolo, vasto, orbo.

Κτῆσις, εως, ἡ, *idem quod* κτέαρ.

Δατέομαι, divido; *idem* δάζομαι, *et* δαΐζω, *à* δαίω· δατέοντο, *poët. sic* δατεῦντο, ψ. 121. *Ion. pro* ἐδατέοντο, 3. *plur. imperf.*

160 Εἰν, *pro* ἐν, *poët.*

161 Ἐξάγνυμι, *fut.* ξω, frango, rumpo: *potiùs quàm* ἐξάγω, *usurpatur; mutuatur tamen tempora ab* ἄγω, *hìc per tmesin.*

162 Πόρτις, ιος, ἡ, vitula, juvenca; παρὰ τὸ ἄρτι εἰς πορείαν, καὶ νομὴν ἔρχεσθαι, *quòd recèns ad pastum eat ;* πόρις, *idem et* πόρταξ, κος, ὁ, vitulus; *hinc* πορτιτρόφος, ου, ὁ κ̀ ἡ, terra vitulos nutriens, *Hymn. in Apoll.* 21.

Ξύλοχος, ου, ὁ κ̀ ἡ, locus arboribus consitus, sylva; *à* ξύλον, ου, τὸ, lignum, materia, *et* ἔχω.

167 Κλόνος, ου, ὁ, tumultus, strepitus, motus qualis est tumultuantium.

Ἐγχειάων, hastarum, *gen. pl. Æol. ab* ἐγχεία *vel* ἐγχείη, *ab* ἔγχος.

181 Ἐΐσκω, *poët.* assimilo; *ab* εἴκω, similis sum.

182 Αὐλῶπις, ιδος, galea; *ab* αὐλωπὸς, fistulæ instar, *ex* αὐλὸς, ὃ, ὁ, tibia; *item*, quicquid angustum est, et oblongum, *et* ὤψ, oculus; *nam galea quasi in fistulam abit, id est, in angustum et oblongum.*

186 Εἰλύω, *fut.* σω, volvo, *cum aspero, ut* φ. 319. αὐτὸν εἰλύσω ψαμάθοισιν, eum involvam arenis; *sed med. et pass. cum tenui* εἰλύομαι, volvor, *item*, intego, induo, *ut hìc ; item* involvo, occulto, *ut Od.* ξ. 479. σάκεσιν εἰλυμένοι ὤμους, scutis coöperientes humeros; *nisi sit synecdochicè accipiendum ; hinc* εἰλύαται, *Il.* μ. 286. *pro* εἴλυνται, *quasi ab* εἴλυμι· *hinc etiam* εἴλυμα, τος, τὸ, *Odyss.* ζ. 179. integumentum; *ab* εἰλέω, *seu* εἴλω, volvo.

187 Κιχήμενος, η, ον, *à* κίχημαι, assequor; *à* κίχημι, *idem, pro* κιχέω, invenio, accedo, consequor, apprehendo.

190 Ἐφάμην, *hìc*, putavi, *potiùs quàm* dixi.

Αἰδωνεὺς, έος, *vel* ῆος, ὁ, Pluto; *ab* Ἀΐδης, ου, ὁ, Orcus.

191 Ἔμπης, *Ion. pro* ἔμπας, tamen.

Κοτήεις, ήεσσα, ῆεν, iratus; *à* κοτέω.

194 Πρωτοπαγὴς, έος, ὁ, primus *vel* recèns compactus; *à* πρῶτος *et* πήγνυμι.

Νεοτευχὴς, έος, ὁ κ̀ ἡ, nuper factus; *à* νέος, *et* τεύχω.

195 Πέπταντοι, expansa sunt; *perf. pass.* πέπταμαι, *pro* πεπέταμαι, *per syncop. à* πετάζω, expando; *sed aliqui putant esse perf. pass. verbi* πτῆμι.

Δίζυξ, υγος, ὁ κ̀ ἡ, bijugis, *à* ζυγός.

196 Ἵστημι, statuo, *præt.* ἕστακα, *neutram significationem accepit*, stare. *Ion.* ἕσταα, ἑστᾶσι, *per contractionem pro* ἑστάασι· *aut regulariter ab* ἕστημι, *Ion. reduplicat. pro* ἵστημι· *hinc* ἕσταμεν, *Odyss.* λ. 464. ἕσταμεν ἀχνύμενοι, stabamus tristes; *et* ἕσταμεν, *Il.* δ. 342. *et* ἑστάμεναι, κ. 480.

Κρῖ, hordeum, *neutrius generis; à κριθὴ, ῆς, ἡ, idem; aut κρῖ, pro κρίμον, per Apoc. quod secundum Suidam significat aliquando* hordeum.

Ὄλυρα, ας, ἡ, legumen quoddam, far, pabulum *in genere.*

Αἰχμητὰ, *pro αἰχμητὴς, ῦ, ὁ, poët. ut dicitur.* 197

Ποιητὸς, ἡ, ὸν, factus, fabricatus; *à* ποιέω, facio. 198

Ἐμμεμαὼς, υῖα, ὸς, gliscens, cupiens, ulteriùs progredi cupiens; iracundo impetu concitatus, ductus; *à* μεμαὼς. *Al.* ἐμβεβαώς. 199

Ἀρχεύω, *idem quod ἄρχω,* impero, præsum. 200

Φείδομαι, parco, miseror, ignosco; *item* parcè utor, abstineo; *hinc* φειδὼ, όος, ἡ, *Il.* η. 409. lucrum, *Odyss.* ξ. 92. parsimonia; *et* φειδωλὴ, ῆς, ἡ, *Il.* χ. 244. *sed* Φειδὼν, *Odyss.* ξ. 316. *est nomen proprium; dicitur φείδομαι quasi φεύγω τὸ δῦναι, quòd parcus et tenax dare refugiat.* 202

Φορβὴ, ῆς, ἡ, pabulum, esca, alimentum; *à* φέρβω, alo; *quasi* φέρων βίον.

Εἴωθα, *præt. med.* ἔθω, soleo, ex consuetudine facio; *ε addito per pleonasmum.* 203

Ἔδμεναι, edere, *Att. et per syncop. pro* ἐδέμεναι, *Dor. et poët. pro* ἔδειν, *verbi,* ἔδω.

Ἄδδην, multùm, affatim, *adv.*

Πίσυνος, ϗ, ὁ ϗ ἡ, fretus, fidens, *à* πείθω, persuadeo. 205

Πάσσαλος, ϗ, ὁ, paxillus, clavus ligneus; *à* πήσσω, figo. 209

Ὑψερεφὴς *hìc, et* ὑψηρεφὴς, *Odyss.* ν. 5. *metri causâ pro* ὑψερεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *Iliad.* ι. 578. altum tectum habens, altus; *ab* ὕψος, εος, τὸ, altitudo, *et* ἐρέφω, tego. 213

Ἀλλότριος, ία, ιον, alienus; *apud Homer.* externus vir, hostis; *ab* ἄλλος, alius. 214

Διακλάω, *f.* σω, frango; *à* κλάω, *idem;* διακλάσσας, *poët. pro* διακλάσας, *part. aor.* 1. 216

Πάρος, antea, priùs, *adv.* 218

Κραιπνὰ, celeriter, *neut. plur. adverb. pro* κραιπνῶς· *à* κραιπνὸς, ἡ, ὸν, celer, rapidus; *ab* ἁρπάζω· *nam* raptim, rapidè, *et* velociter, *idem significant, Harm.* 223

Μάστιξ, γος, ἡ, flagellum; *à* μάσσω, subigo; *vel à* μάλα, *et* στίζω, pungo; *quia quodammodo exstimulat: hinc* μάστις, ιος, *Od.* ο. 182. *et* μαστίω, *Il.* ρ. 622. *et* μαστίζω, ι. 366. 226

Σιγαλόεις, εσσα, εν, splendidus, varius; ob pulchritudinem silentium et admirationem inducens; *à* σιγάω, admiror, sileo.

Ἡνίοχος, όχϗ, ὁ, auriga; *ab* ἡνίον, ϗ, τὸ, habena, *et* ἔχω· *est et* ἡνιοχῆες, *ab* ἡνιοχεὺς, έος, ὁ, ι. 505. *idem; hinc* ἡνιοχεύω, λ. 103. aurigor. 231

Ματάω, *f.* ήσω, torpescere, vanè tempus conterere, à scopo aberro; *à* μάτην, frustrà; *hinc* ματίη, ης, ἡ, stoliditas, *Odyss.* κ. 79. 233

Μονώνυξ, *sive per syncop.* μώνυξ, χος, ὁ ϗ ἡ, solidipes, habens ungulas solidas; *à* μόνος, η, ον, *et* ὄνυξ, χος, ὁ, unguis; *à futur.* τοῦ νύσσω, *pleonasmo* τῦ ο, *est enim pars corporis ad fodicandum accommodata.* 236

Κεχαρισμένος, η, ον, charissimus, gratus, *item,* qui beneficium contulit; *à* χαρίζομαι. 243

Ἴς, ἰνὸς, ἡ, fibra, nervus, vires; *sic hìc; quoniam in fibris maxima pars virium consistit.* 245

'Απέλεθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, immensus, *ab* α *privat. et* πέλεθρον, *poët. pro* πλέθρον, ου, τὸ, jugerum.

248 'Εκγεγάμεν, *poët. pro* ἐκγεγαέμεν, *Doric. pro* ἐκγεγαέναι, *quod est infin. ex præt. med.* ἐκγέγαα, *quod formatur ex futuro secundo* ἐκγάω, *mutuatitio ab* ἐγκάω· *ex verbo* ἐκγίνομαι· *nisi potiùs sit formandum, quasi ex* γέγημι, *cujus infin. esset* γεγάναι, *Dor.* γεγάμεν.

249 Χαζώμεθ', recedamus, 2. *pl. subj. verbi* χάζω.

253 'Αλυσκάζω, evito, effugio; *interdum absolutè*, fugio, *ut hìc; ab* ἀλύσκω, *idem; aliquando (ut annotat Eustath.) esse extra conspectum alicujus, propter loci intervallum, ut Od.* μ. 335. διὰ νήσου ἰὼν ἤλυξα ἑταίρους, per insulam progrediens, extra conspectum sociorum essem; *ab* ἀλέω *seu potiùs* ἀλέομαι, vito; *item* congrego; *sed primariâ significatione est* molo.

255 Ὄκνος, ου, ὁ, cunctatio, ignavia, metus; *hinc* ὀκνέω, *et* ὀκνείω, pigresco; sum tardus, piger; vereor, non audeo, dubito, piget: *dicitur autem* ὀκνέω, *quasi* οὐ κινέω.

256 Εἶμι, eo, *vel* ibo; *nam præsens hujus verbi frequenter apud poëtas usurpatur pro futuro.*

257 Πάλιν, αὖτις, rursus; *ob majorem vehementiam; jungitur et* αὖθις *cum* πάλιν, *Il.* β. 276. *significat et* postea, *Od.* ξ. 405. αὖθις δὲ κτείναιμι, posthac interficiam.

'Αποίσετον, *fut.* 1. *ab* ἀποφέρω, aufero, refero, *à* φέρω, *fut.* 1. οἴσω, *tanquam ab* οἴω.

258 Γοῦν *pro* γὲ οὖν, modo, igitur, certè, saltem.

260 Πολύβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, sapiens; πολύβουλος 'Αθήνη, consultrix Minerva, *utpote è Jovis cerebro nata, et literarum præses; à* πολὺς, *et* βουλὴ, ῆς, ἡ, multum consilii.

262 'Ερυκακέω, *vel* ἐρυκάκω, ζ. 90. inhibeo, arceo; *ab* ἐρύκω, *idem; hoc verò ab* ἐρύω, traho, custodio; *est* ἐρυκανάω, *Od.* α. 199. *et* ἐρυκάνω, *Od.* κ. 429. *idem.*

Ἄντυξ, υγος, ἡ, ambitus et circumferentia; *propriè* currus; *et hemicycli (inquit Didymus) in sede aurigæ, ubi equorum habenæ aptantur; transfertur et ad alia, ut Iliad.* ζ. 118. ἄντυξ ἀσπίδος, orbis clypei; *aliquando pro temporis circulo, quòd tempus circumagi videatur; ab* ἄνω, *et* τεύχω, fabricor; *quòd sit fabrica in altum tendens, sive structura elevata.*

271 'Ατιτάλλω, alo, curiosè nutrio, et curo; *ab* ἀτάλλω, *idem, vel*, augeo, adolesco; *ab* ἀταλὸς, ἡ, ὸν, mollis, tener, puerilis.

Φάτνη, ης, ἡ, stabulum, præsepe; *dicitur quasi* φάγνη· παρὰ τὸ φαγεῖν.

273 Κἂν, sanè, *hìc; ex* καὶ, *et* ἂν, *particula potentiali: significat* etiamsi, quamvis, sive, saltem, *et ita componitur ex* καὶ *et* ἐὰν, *si verò sine accentu scribatur,* καν *est pro* καὶ ἐν.

284 Βέβληαι, *per syncop. pro* βέβλησαι, 2. *singul. præt. pass. Ionic. hinc* βεβλήαται, *Ion. pro* βέβληνται, λ. 656. *et* βεβλήατο, *pro* -ηντο, ξ. 28. *Vid.* βεβολήατο, ι. 3.

Κενεὼν, ῶνος, ὁ, imus venter, inter thoracem et os, quòd ad ilia pertinet; *à* κενεὸς, ὰ, ὸν, vacuus, inanis; *à* κενὸς, ἡ, ὸν, *idem, quòd illa pars corporis sit* κένος ὀστέων, *ossibus expers.*

'Ανσχήσεσθαι, toleraturus; *pro ἀνασχήσεσθαι, fut.* 1. *inf. med. verbi* 285
ἀνέχω.

'Αμαρτάνω, aberro; *item* erro, hallucinor, *fut.* 1. *ἁμαρτήσω, aor.* 2. 287
ἥμαρτον, pro quo poëtæ dicunt ἤμβροτον, mutando α in β, et inserendo pleonast. ο.

"Ασαι, *aor.* 1. *inf. verbi ἄδω,* satio; *at ᾄδω, ᾄσω, ι subscript.* cano. 289

Ταλαύρινος, ου, patiens ærumnarum, fortis, audax; *à ταλάω,* suffero, patior.

'Ρὶν, *vel ῥὶς, ἡ, genit. ῥινὸς,* nasus; *à ῥέω,* fluo; *quòd per nares effluant* 291
mucor et superfluæ sordes cerebri; sed ῥινὸς οῦ, ὁ vel ἡ, pellis, cutis, *suprà δ.* 447.

Περάω, *fut. άσω, vel ήσω,* transfigo, transmitto, *sic hìc.*

'Ατυρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, noxius, *poët. pro ἀτηρὴς, ab ἀτάω,* lædo. 292

Παρέτρεσσαν, trepidârunt, 3. *pl. aor.* 1. *part. gem. σ, verbi παρατρέω.* 295

Κτάμεναι, *Dor. κτάμεν. Ion. pro κτάναι· à κτῆμι,* interficio; *quod à* 301
κτείνω, idem.

'Ισχίον, ου, τὸ, coxendix; *τὰ ἰσχία,* clunes; *ab ἰσχεῖν, quòd illæ partes* 305
sedentes sustineant.

Κοτύλη, ης, ἡ, cavitas quæcunque; *item,* cavitas coxæ, sinus in quo 306
caput femoris vertitur, *ut hìc: imò,* quivis sinus ossium altiùs descendens, qui alterius ossis caput excipit; *item* vasculum, *seu* poculum concavum, *ut Il. χ.* 494. *quod Hymn.* 47. *forma est κότυλος, aliquando est,* vola manûs; *unde κοτυλήρυτον αἷμα, ψ.* 34. multus sanguis, *id est, τὸ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἀρυσθῆναι δυνάμενος,* quantum utrâque manûs volâ hauriri potest; *sed Odyss. ι.* 433. *πρὸς κοτυληδονόφιν· à κοτυληδὼν, όνος, ἡ, idem quod κοτύλη,* acetabulum, cavum illud in quo femoris caput vertitur; *à κέω, seu κεῖμαι,* jaceo, positus sum.

Θλάω, *f. σω,* frango, collido, contundo; *verbum à sono fictitium;* 307
θλάσσε, poët. pro ἔθλασε.

Παχὺς, εῖα, ὺ, fortis, *hìc.* 309

Βουκολέω, *f. ήσω,* pasco oves, multùm curo, *et* amo; *à βουκόλος, ου, ὁ,* 313
ν. 571. *à κόλον, ου, τὸ,* cibus, *et βοῦς,* bos, *ὁ vel ἡ, vel παρὰ τὸ κονεῖν περὶ τοὺς βοῦς,* quòd bobus inserviat; *vel, quasi βουκόμος, ut ἱπποκόμος,* boum custos; *à κομέω,* curo; *hinc βουκολία, ας, ἡ,* boum cura, *Hymn. in Merc.* 495.

Πῆχυς, εως, ὁ, cubitus, mensura sex palmorum; *est etiam* pars 314
brachii, *vel* brachium, lacertus, *ut hìc; ἀπὸ τοῦ πεπηγέναι, quòd summo brachio compingatur, λ.* 375. *πῆχυς accipitur pro eâ parte arcûs, quæ sagittam sustinet.*

Πτύγμα, τος, τὸ, plicatura; *à πτύσσω,* plico. 315

'Απὸ θυμὸν ἕλοιτο, animam eriperet, *per tmesin pro ἀπέλοιτο, Ion. pro* 317
ἀφέλοιτο, 3. *sing. a.* 2. *opt. verbi ἀφαιρέω.*

Συνθεσία, ας, ἡ, pactum, mandatum; *συνθεσιάων, gen plur. Æol. à* 319
συντίθημι.

Τάων, *Æolic. pro τῶν, ab ὁ, ἡ, τὸ, pro τούτων,* harum. 320

Τείνας, ασα, αν, tendens, *part. aor.* 1. *verbi τείνω.* 322

"Αρτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, *propriè de numero pari; metaph.* integer, perfectus; *exponitur etiam,* aptus, consentaneus; *ab ἄρω.* 326

329 Μιθέπω, quæro, sector, investigo; μίθεπε, 3. *singul. imperf. Ion. pro* μέθεπε, *ab* ἕπομαι, sequor.

Κρατερώνυξ, χος, ὁ καὶ ἡ, fortis unguibus; *à* κρατερὸς, *et* ὄνυξ.

330 Κύπρις, ιδος, ἡ, Venus, *à* Κύπρος, Cyprus, *insula in quâ Venus nata est, vel, quasi* κυόπορις, ἡ τὸ κύειν πορίζουσα, concipere præbens.

336 Μετάλμενος, *pro* μεθαλλόμενος, η, ον, *per syncop.* insiliens; *ab* ἅλλομαι, *mutato spiritu aspero in tenuem.*

337 Ἀβληχρὴς, έος, *et* ἀβληχρὸς, ὄ, ὁ καὶ ἡ, debilis, invalidus; *à* βληχρὸς, *idem cum* α *epitatico;* βληχρὸς *autem, si sit* debilis, *deducitur* παρὰ τὸ βεβλῆσθαι, *ut sit* ὁ καταβεβλημένος καὶ πεπτωκὼς· *quidam tamen volunt significare,* validus, robustus; *ut sit* ὁ καταβάλλων.

Εἶθαρ, *poët.* statim.

Ἀντιτόρησα, perfodi; *à* τορέω, perforo, *quod à* τερέω, *idem.*

339 Θέναρ, αρος, τὸ, palma, vola, planta pedis; παρὰ τὸ σθένος, robur: *vel,* παρὰ τὸ θέσιως εἶναι χωρίον, *quòd sit receptaculum in quo reponuntur ea quæ dantur; vel,* παρὰ τὸ θείνειν, extendere: *quòd extenditur vola.*

340 Ἰχὼρ, ὦρος, ὁ, *propriè,* sanguis crudus: *apud Hom. est* humor, qui à diis fluxit vulneratis: *nam istos affirmat esse* ἀναίμονας· *nisi malis* ἰχῶρ, *esse deorum,* αἷμα *verò hominum sanguinem, et cæterorum animalium.*

341 Σῖτος, ου, ὁ, frumentum, panis, fruges et cibus *in genere; annotant Grammatici* σῖτον *pro frumento masculinum esse; pro cibo, neutrum.*

342 Ἄναιμος, ου, *et* ἀναίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, sanguinis expers; *ab* α *privat. et* αἷμα, ατος, τὸ, sanguis. *Dii sunt* ἀναίμονες, ἐπεὶ οὐ τρέφονται, ἀθάνατοι δὲ ὅτι ἀναίμονες· ὁ γὰρ θάνατος ψύξει τοῦ θερμοῦ γίνεται, *Didym.*

343 Κάββαλεν, prostravit, dejicit, *poët. pro* κατέβαλε, *aor.* 2. *ind. act. verbi* καταβάλλω.

350 Πωλήσεαι, versaberis, 2. *sing. fut.* 1. *med. Ion. pro* πωλήσῃ, *verbi* πωλέω.

351 Ἑτέρωθι, alibi, alio loco; ἑτέρωθεν, alterâ ex parte; *ab* ἕτερος, alter.

352 Ἀλλύω, *fut.* σω, errabundâ mente afficior et incertâ; *item,* erro, mente langueo, mœrore confectus: ἐν ἄλῃ τὴν ψυχὴν ἔχω, *Eustath. vel, secundum Etymologum, ab* ἀλῶ, vagor; *quòd qui anxii sunt vagari solent; vel, ex* α *privat. et* λύω, solvo, *ut sit* ἀλύω, *quasi solutionem malorum non invenio; interdum significat,* morderi, angi, *vel* ringi animo, *ut hìc;* ἀλύσσω, *autem,* χ. 70. *ubi Priamus de canibus ejus sanguinem bibituris loquitur: ab aliquibus explicatur,* ὑπὸ πλησμονῆς ἀλύοντες, præ crapulâ disrupti; *ab aliis quasi* ἐν ἁλὶ ὄντες, fluctuantes in salo; *ab aliis* ἐν ἄλῃ ὄντες, anxii animo, *seu* ἄγαν λυττῶντες, valde efferati, Coul. *ex Didym.*

354 Μελαίνομαι, nigresco; μελαίνετο, 3. *sing. imperf. Ion. à* μελαίνω, nigrum reddo.

356 Ἀὴρ, έρος, ὁ, aër; *in fœmin. autem,* caligo: ἠὴρ, ὁ, *vel* ἡ, *pro* ἀὴρ, *quod etiam in fœmin. tantùm significat* caligo.

358 Χρυσάμπυξ, κος, ὁ, aureas habenas habens; *à* χρυσὸς, οῦ, ὁ, *et* ἄμπυξ, κος, ὁ, *vel* ἡ, illud vinculum quod cohibet, et constringit comas sparsas in equorum frontibus; *item,* muliebris capitis ornatus, quo constrin-

guntur fluxi crines; vitta: *item* lorum, habena, frænum; *hic et alibi*, χρυσάμπυξ *est epithet. equorum; sed Hymn.* 5. *ver.* 12. ὧραι κόσμηθεν χρυσάμπυκες, horæ ornatæ fuerunt aureis frænis; *vel*, horæ aurea fræna moderantes ornatæ fuerunt.

Ἤτεον, *imperf. verbi* αἰτέω, peto.

Ἄχθομαι, *fut.* ἠσομαι, gravor, ingemo sub pondere; *metaph.* ægrè fero; *ab* ἄχθος, εος, τὸ, pondus, onus; *metaph.* dolor gravis; *ab* ἄχος, εος, τὸ, *pleonasmo* τοῦ θ. 361

Λάζετο, cepit, 3. *sing. imperf. Ion. verbi* λάζομαι. 365

Μαστίω *et* μαστίζω, *fut.* ίξω, flagello, flagris *vel* scuticâ cædo; *à* μάστιξ, γος, ἡ, flagrum, scutica, ι. 226. 366

Ἐλάαν, *poët. pro* ἐλᾶν, *præs. infin. ab* ἐλαύνω, *vel* ἐλάω.

Πετέσθην, volabant, 2. *dual. imperf. Ion. pro* ἐπετέσθην, *verbi* πέτομαι.

Εἶδαρ, ατος, τὸ, *pro* ἔδαρ, esca, dapes, *ab* ἔδω, edo. 369

Γούνασι, *Ion. pro* γόνασι· *ex* γόνυ, γόνατος, τὸ. 370

Διώνη, ης, ἡ, Dione, *dea maris, et mater Veneris; sic dicta est* ἀπὸ τοῦ Διὸς, *quæ primùm Jovi nupsit; vel, quasi* ἡ διδοῦσα τὰς τῆς γενέσεως ἡδονὰς, *pariens veneris voluptates; vel,* ἀπὸ τοῦ διαίνεσθαι ἀπὸ τῶν ὑετῶν, *quòd imbribus cœli irrigatur; eadem enim est cum Terrâ,* Coul.

Ἀγκαὶ, ulnæ, *inusitat. nomin. à quo accusat.* ἀγκὰς, *quod quia exprimitur hìc* ἀγκὰς ἐλάζετο, *et Il.* ω. 227. ἀγκὰς ἑλεῖν, &c. *adverbium à quibusdam putatur,* inter ulnas; *hinc* ἀγκάλη, ης, ἡ, ulna; *item* ἀγκαλὶς, ίδος, ἡ· *hinc* ἀγκάζομαι, ulnis complector, *et* ἀγκαλίζομαι, *idem.* 371

Κατέρεξεν, demulcebat, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* καταρέζω. 372

Ἐνωπῇ, manifestè, coram, quasi in conspectu. *Dativus adverbialiter usurpatur; ab* ἐνωπὴ, ῆς, ἡ, aspectus; *ab* ἐν, *et* ὤψ, ὠπὸς, ὁ, oculus. 374

Κέραμος, άμου, ὁ, terra figularis; *item*, tegula, quodvis vas ex terrâ factum; *aliquando*, dolium, urceus, hydria, *ut Iliad.* ι. 465. πολλὸν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο, multum autem ex doliis vinum bibebatur; *dicitur quasi* ἔραμος, *ab* ἔρα, terra; *hinc* κεραμεὺς, έως, ὁ, figulus, σ. 601. *et* κεραμήϊος, *Ion. pro* κεραμεῖος, ία, ον, figulinus, *Hym.* 47. *carm.* 13. *item*, carcer, *ut hìc.* 387

Ἆτος, ου, ὁ καὶ ἡ, insatiabilis, *per crasin pro* ἄατος, *ab* ἄδω, satio, expleo, *et* α *privat. vel ab* ἀδέω, tædio afficior. 388

Μητρυιὰ, *Ion.* μητρυιὴ, ῆς, ἡ, noverca; *à* μήτηρ, mater. 389

Τριγλώχιν, ος, ὁ, tricuspis; *à* γλωχὶς, *vel* γλωχὶν, ῖνος, ἡ, cuspis. 393

Ἀνήκεστος, έστου, ὁ καὶ ἡ, insanabilis; *ab* α *privat. et* ἀκεστὸς, ἡ, ὸν, sanabilis; *quod ab* ἀκέομαι. 394

Ὡὑτὸς, idem, *pro* ὁ αὐτὸς· *sunt et* τωὐτέου, τωὐτέῳ, τωὐτὸ, *pro* τοῦ αὐτοῦ, τῷ αὐτῷ, τὸ αὐτὸ, *sed non apud Homerum.* 396

Πύλος, ου, ὁ, *idem quod* πυλὴ, ῆς, ἡ, porta. 397

Ἠλήλατο, *pro* ἐλήλατο, 3. *sing. plusq. perf. ind. pass. verbi* ἐλαύνω, *facientis præt. pass.* ἐλήλαμαι, *repetitis Atticè duabus initialibus literis præsentis.* 400

Κήδω, lædo, ango, mœrore afficio, *ut hìc; à* κῆδος, εος, τὸ, mœror;

sed κήδομαι, *f.* σομαι, α. 56. curam gero, solicitus sum de re aliquâ; *est et* κηδέω, *f.* έσω *et* ήσω, curo, ω. 240. ἤλθετε κηδήσαντες.

401 Ὀδυνήφατος, ου, ὁ ϰ̀ ἡ, expellens dolorem; *ex* ὀδύνη, ης, ἡ, dolor, *et* φάω, occido; ῥίζαν βάλε ὀδυνήφατον, λ. 845.

402 Καταθνητὸς, ἡ, ὀν, mortalis; *ex* κατὰ *vacante, et* θνητὸς, ἡ, ὀν, mortalis; *à* θνήσκω, morior.

403 Ὀβριμοεργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, gravia operans, horrenda et violenta patrans; *ab* ὄβριμος, ίμου, ὁ καὶ ἡ, potens, fortis, minax, *et* ἔργον, ου, τὸ, opus.

Αἴσυλος, ου, ὁ ϰ̀ ἡ, *vel* η, ον, παράνομος ϰ̀ ἄδικος, impius, iniquus, indecens; malus; *quasi* ἀαίσυλος, *ab* α *privat. et* αἶσα, ης, ἡ, sine æquo et justo; *vel, quasi* αἶσαν συλάων, deprædans contra jus et fas; *vel* partem et portionem deprædans; *vel ab* αἶσαι, lædere.

408 Παππάζω, invoco patrem *aut* avum, dico pappa, abblandior patri, *ut infantes; à* πάππας, ου, ὁ, pater, *vox liberorum ad patrem, Od.* ζ. 57.

412 Ἀδρηστίνη, ης, ἡ, Adrasti filia, *regis Argivorum*, β. 830. *qui primùm Nemesi templum posuit, à quo ipsa scelerum ultrix Nemesis dicta est* Ἀδράστεια, *Ion.* Ἀδρήστεια, β. 828.

413 Οἰκεὺς, έως, *Ion.* ῆος, ὁ, domesticus servus, *ab* οἶκος, ου, ὁ, domus.

414 Κουρίδιος, ίου, ἡ, juvenilis; *plerumque ei tribuitur, qui juvenili ætate uxorem duxit; capitur sæpè pro legitimo desponsato; sic* κουριδία, ας, ἡ, α. 114. quæ juvencula uxor est, *seu* quæ virgo nupsit; *à* κοῦρος, *poët. pro* κόρος, ου, ὁ, juvenis; *hinc* κόρη, ης, ἡ, puella, virgo.

417 Ἄλθω, ἀλθαίνω, *et* ἀλθέω, medeor, sano; *item*, augeo, ἄλθετο, 3. *sing. imperf. pass. pro* ἤλθετο, *amisso augmento.*

Κατηπιάω, *à* κατὰ, *et* ἠπιάω, mitigo, placo; *ab* ἤπιος, ία, ιον, clemens, mitis, benignus; κατηπιόωντο, *poët. pro* κατηπιῶντο, *ex* κατηπιάοντο, 3. *plur. imperf. pass.*

422 Ἀνίημι, *hìc*, stimulo; *vel*, solicito; ἀνεὶς, εῖσα, ὲν, *part. præs.*

423 Ἔκπαγλα, *adverb.* vehementissimè *hìc. Vid.* α. 146.

424 Καῤῥέζουσα, ον, demulcens; *part. præs. verbi* καταῤῥέζω.

Εὔπεπλος, *sive* ἐΰπεπλος, ου, ὁ ϰ̀ ἡ, stolatus, pulchrum habens peplum; *ab* εὖ, bene, *et* πέπλος.

425 Περόνη, ης, ἡ, fibula, acus, acicula; *à* πείρω, transeo, *vel* infigo; *quoniam subnectitur oræ vestimenti, eique inseritur, et infigitur; hinc* περονάω, *fut.* ήσω, η. 145. transfodio, *et* περονάομαι, fibulâ connecto, substringo fibulâ, *vel* aciculâ, κ. 133.

Poëtæ habent syncopen in præterito, ut κέκμηκα, pro κεκάμηκα.

Addunt in verbis ἔδω et ἄγω, præter communem Atticam reduplicationem, syllabas δο et γο, ut ἐδήδοκα, pro ἔδηκα, pro ἧκα, ab ἔδω· et ἀγήγοχα, aliquando ἀγήοχα, pro ἄγηψα, pro ἦχα, ab ἄγω· sic εἴπωπε, pro εἶπε.

Communibus augmentis præponunt ε, ut ἕηκα, pro ἧκα.

Transponunt literas in augmento præteritorum et aor. ut ἔμμορα, pro μέμορα.

Bœoti faciunt 3. plur. præt. per αν, ut τέτυφαν, pro τετύφασι.

Attici sing. plusquamperf. formant in η sine ν, ης, η. ut ἐτετύφη. Iones εα, εας, εε, ut ἐτετύφεα· ᾔδειν, Attic. ᾔδη, Ion. ᾔδεα, ab εἴδω, scio. Tertiam pluralem εισαν, Attici et Dores efferunt per εσαν, ut ἐτετύφεσαν· vel sine augmento τετύφεσαν.

Atticum plusquamperf. temporaliter initio aliquando augetur, ut ἠγηγέρκειν, pro ἀγηγέρκειν.

Poëtæ sæpe habent syncopen, correptâ syllabâ præcedente, ut ἐπέπιθμεν· pro ἐπεποίθειμεν.

Ἤμβροτον, Poët. pro ἥμαρτον, ab ἁμαρτάνω.

Quando secundus aor. habet αρ in penultimâ, Poëtæ transponunt in ρα, ut πέρθω, aor. 2. ἔπραθον, pro ἔπαρθον· sic δέρκω, ἔδρακον, pro ἔδαρκον· in τρέφω verò non invenitur hæc metathesis, nisi in ἐτάρφημεν.

Iones omnia tempora circumflexa act. pass. et med. resolvunt, inserendo ε, et retracto accentu; ut pro ῶ, εῖς, εῖ, dicunt έω, έεις, έει· et aliquando inserunt ε ante longam non circumflexam, ut φαγέοις, pro φάγοις.

Attici mutant tonum in aor. 2. imperat. ut ἰδὲ, pro ἴδε· λαβὲ, pro λάβε.

Attici tertiam pluralem præsentis et aoristi utriusque imperativi, faciunt similem genitivo plurali participiorum, ut τυψάντων, pro τυψάτωσαν· vel tertiæ duali, ut τυπτέτων, pro τυπτέτωσαν.

Apud Syracusanos, ponitur οι in aor. 2. pro ε, ut τύποι pro τύπε.

Æoles habent peculiarem aorist. 1. opt. modi in εια, ειας, ειε, quo etiam Attici utuntur in secundâ et tertiâ sing. et tertiâ plurali; et imitantur in præsenti, ubi pro οιμι baryt. aliquando dicunt οια, οιας, οιε, &c. ut εἴποια, pro εἰποίμην. Attici imitantur etiam barytona circumflexa in præsenti optat. ut τρεφοίην, pro τρέφοιμι.

Bœoti vertunt εν in σαν tertiâ plur. aor. optat. ut τύψαισαν, pro τύψαιεν· ἔλθοισαν pro ἔλθοιεν.

Optativorum pluralis in είημεν, είητε, είησαν, Atticam syncopen patitur in omnibus verbis, ut τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν, Att. τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν.

Σι vel σιν additur Ionicè tertiis personis singularibus subjunct. in η desinentibus activis et mediis, ut τύπτῃσι pro τύπτῃ, τετύπῃσι pro τετύπῃ· et in verbis in μι, etiamsi in aliâ terminatione desinant, ut δῷσι, pro δῷ. aliquando σι additur etiam tertiæ præsentis indicativi, et ει vertitur in η, ut τάττησι pro τάττει.

Poëtæ et Æoles primam personam subjunct. in ωμεν, efferunt in ομεν per systolen.

Ubicunque in infin. est ν vel ναι, Attici, Iones, et Dores, ante ν vel ναι inserunt μι, subtrahendo ι vel υ, ex diphthongo præcedente: Iones verò ex ναι auferunt αι, Attici et Dores αι ad ν adjiciunt, si non adsit. Dores aliquando ex ειν tantùm auferunt ι.

Æoles verò vertunt ειν in ην, ut τύπτην, pro τύπτειν.

Poëtæ in temporibus Atticè formatis geminant μ, ut τυπτέμμεναι, pro τύπτειν.

Τύπτειν, Attic. et Dor. τυπτέμεναι, Dor. τύπτεν, Ion. τυπτέμεν, Æol. τύπτην, Poët. τυπτέμμεναι.

Τετυφέναι, Att. et Dor. τετυφέμεναι, Ion. τετυφέμεν.

Τυφθῆναι, Att. et Dor. τυφθήμεναι, Ion. τυφθῆμεν.

Δηλῶν, Att. et Dor. δηλόμεναι, Ion. δήλομεν.

Iones pro τυπεῖν aorist. secundo, et fut. secundo dicunt τυπέειν· hi enim syllabas circumflexas dissolvunt, ut priùs dicitur.

Dores in participiis ουσα, fœmin. proparoxytonum efferunt per οισα, ut τύπτοισα, pro τύπτουσα.

Sed Æoles οῦσα per ῶσα, ut ἰδῶσα, pro ἰδοῦσα.

Attici contrahunt participia derivata ab Ionicis præteritis verborum in άω, vel ίω, quæ omittunt κ, et corripiunt penultimam, et sic contractis inseritur ι vel α epentheticè; ἑστακὼς, Ion. ἑσταὼς, Attic. ἑστὼς, epenth. ἑστεὼς ab ἕστακα, et Attic. fœm. per ῶσα flectitur, ut ἑστῶσα,

Τύψαις, Æol. pro τύψας· quidam Doribus hoc tribuunt.

Pro τετυφὼς, dicitur Æol. τετύφων, accentu retracto.

Participia cujuscunque declinationis suscipiunt easdem dialectos, quas eæ declinationes, per quas declinantur, suscipiunt.

De Passivis et Mediis.

Tempora in passivâ et mediâ voce quæ flectuntur activâ terminatione, habent easdem dialectos quas activa habuit.

Secunda persona passivæ et mediæ vocis inusitata fit à primâ, mutando μαι in σαι, μην in σο, et vocales præcedentes μαι vel μην, nempe ο in ε, ω in η, et οῦ in οῦ· sed hæc non usitata sunt, ex illis tamen Iones formant suas, rejecto σ, dicentes εαι, ηαι, οῦαι, εο, αο.

Attici sæpe contrahant εαι, et ηαι, in ει, ut τύπτει, pro τύπτῃ, ex τύπτεαι, à τύπτομαι· τυποῦ, pro τυποῦαι, ex τυπῇ, à τυποῦμαι.

Tria autem semper faciunt ει in secundâ personâ med. ut,
- βούλει, non βούλῃ.
- οἴει.
- ὄψει, quibus additur ἔδει, ab ἔδομαι.

Αση, in fut. 1. med. mutatur Bœot. in ᾷ, ut σκιδᾷ, pro σκιδάσῃ, à σκιδάζομαι.

Pro τυπτόμεθα, Ion. et Dor. fit τυπτόμεσθα, quod fit semper, cùm prima pluralis desinit in μεθα.

Pro μεθα, Æolicè dicunt μεθε, et μεθεν, ut λεγόμεθεν, pro λεγόμεθα, ut contrà, pro ὄπισθεν dicunt ὄπισθα, retro, ponè.

Pro ου dicunt Iones εο, Dores ευ, ut τύπτου, Ion. τύπτεο, Dor. τύπτευ.

Pro ω, in aor. 1. med. 2. pers. Iones dicunt αο, ut ἐτύψαο, pro ἐτύψω.

Dores verò in α, ut ἐτάξα, pro ἐτάξω.

Attici et Dores mutant σ in δ, in præt. quartæ conjug. ut πέφραδμαι, pro πέφρασμαι, Attic. aliquando extrudunt σ, ut κέκονιμαι, à κονίζω· sic κεκορυθμένος, pro κεκορυσμένος· aliquando Attici mutant μμαι à verbis in νω, in σμαι, ut πέφασμαι, pro πέφαμμαι, à φαίνω· sed hoc est tantùm in primâ personâ.

In præt. pass. Æoles aliquando in quintâ conjug. mutant α in ο, ut ἔφθορται, pro ἔφθαρται, et hæc in infinitivo retrahunt tonum, ut τέτορθαι, pro τετάρθαι.

Poëtæ sæpe hìc habent metathesin, ut ἔσσυμαι, pro σέσυμαι.

Pro τετυμμένοι εἰσὶ, et ἦσαν, Iones (quod quidam Atticis tribuunt) dicunt τετύφαται, et ἐτετύφατο, formant à tertiâ singulari, ponendo α breve ante ται et το, et mutando tenues π vel κ, præcedentes α, in aspiratas, et σ in characteristicam aoristi secundi, videlicet, in δ, τ, aut ϑ· et vocalem longam aut dipthongum præcedentem α corripiendo, vocalem longam in propriam brevem vertendo, ex diphthongo verò alteram vocalem subtrahendo: aliquando autem longa vocalis servatur, cùm metrum postulat. Sed Poëtæ cætera tempora indicat. sic formant, ubi tertia plur. desinit in νται et ντο, ut à τύπτεται, τυπτέαται, pro τύπτονται· sed in optativo antepenultimam, ut hìc, non corripiunt, nam ex τύπτοιντο faciunt τυπτοίατο.

Μαι purum in perf. pass. facit tertiam plur. νται et ντο, ubi ν tantùm mutatur Ion. in α, ut πεποίηνται, et ἐπεποίηντο, Ion. πεποιήαται, et ἐπεποιήατο· et in optat. πεποιῇντο, Ion. πεποιῄατο.

Iones et Poëtæ aliquando plusquamperf. addunt tantùm augmentum præt. ut δέδεκτο, pro ἐδέδεκτο, pro quo δείδεκτο Poët. Aliquando autem augmentum præt. in plusquamperf. omittunt, ut ἔχυτο, pro ἐκέχυτο. Aliquando plusquamperf. prorsus caret augmento, ut δέκτο, χύτο.

Attici amant aor. 1. pass. magis quàm posteriorem.

Dores corripiunt penultimam aor. 1. ut ἐπαύθεν, pro ἐπαύθην.

Poëtæ recipiunt ν in indefinit. primo verborum in νω, quod præteritum abjecerat, ut ἐκλίνθην, pro ἐκλίθην, à κέκλιμαι.

In tertiâ plur. indefinitorum, Bœoti, ut et Dores, et Iones, dicunt εν pro ησαν, retracto accentu, ut ἔτυφθεν, pro ἐτύφθησαν. Aliquando σα tantùm syncopen patitur, ut μιάνθην, Iliad. δ. 146. pro μιάνθησαν, nisi malis pro μιανθήτην.

Pro σθωσαν in tertiâ plur. imperat. præs. pass. et med. et utriusque aor. med. Attici dicunt σθων, ut in tertiâ duali; ut pro τυπτέσθωσαν, Att. τυπτέσθων, ut et in præt. ut πεποιήσθων, pro πεποιήσθωσαν.

Participia præteriti passivi propriè sunt paroxtytona; sed si carent augmento, Ionicè et Poëticè fiunt proparoxytona, ut ποτιδεγμένος, pro ποτιδεδεγμένος.

De Circumflexis.

Dores mutant contractionem ου in ευ, ut pro οῦμεν, primæ plur. dicunt εῦμεν, ποιεῦμεν, pro ποιοῦμεν, in imperf. ἐποίευν, pro ἐποίουν, et in passivo.

Iones, Æoles, et Dores, pro contractione ει dicunt η, ut φιλέειν, φιλεῖν, φιλῆν.

Dores pro contractione ᾳ dicunt η, ut pro βοᾷς, dicunt βοῆς, absque ι subscripto, abjiciendo ι ex ει, et mutando αι in η, quod etiam faciunt Attici in quibusdam.

Æoles ad latus ι adscribunt, ut γελᾶις, vel γελαῖς, pro γελᾷς, ex γελάεις.

In mediâ et passivâ voce in secundâ personâ, pro ᾷ ex άῃ, Attici et Dores dicunt ᾶσαι, ut βοᾶσαι, pro βοᾷ, ex βοάῃ. Iones verò sine σ in ῆαι, ut βοῆαι.

Contractionem ου ex εο, Dores et Æoles mutant in εῦ, ut ποιέομεν, ποιοῦμεν, Dor. et Æol. ποιεῦμεν.

Θι additur imperativo monosyll. contract. ut ζῆθι, ex ζάε, ζῆ.

Ποιοῖμι, βοῷμι, χρυσοῖμι, dicitur Attic. ποιοίην, βοῴην, χρυσοίην· in hoc optativo Dores et Æoles mutant οι in ω, in primâ et tertiâ conjugatione, ut terminatione à secundâ non differant, ut ποιῴην, χρυσῴην. Poëtæ verò in secundâ contractorum efferunt per ώοιμι, ut βοώοιμι, &c.

Ποιέειν, ποιεῖν, Dor. ποιέν, Æol. ποίεις, et ποίην, vel ποιῆν.

Iones sæpe ει contractum in εε resolvunt: hinc dicunt ποιέεσθαι, pro ποιεῖσθαι.

Æoles pro γελᾷν, dicunt γελαῖν, vel γελάιν, vel γέλαιν, vel γέλαις. Dores verò γελῆν, sine ι subscripto.

Αᾳν fit Atticè et Doricè άμεναι, Ion. άμεν, ut γελᾷν, γελάμεναι, γελάμεν.

Ὀρθόειν, ὀρθοῦν, Dor. ὀρθὸν, et ὀρθεῦν, Æol. ὀρθοῖς, vel ὄρθοις.

Poëtæ in secundâ contractorum præponunt aliud α, ubicunque contractio est in α, et retrahunt accentum, et omittunt ι subscriptum, si adsit, ut pro βοᾶσθαι, dicitur Poët. βοάασθαι, et in tertiâ singulari vocis activæ, pro ἰᾷ, ἰάα, ex ἰάει, ab ἰάω.

Pro ὁρῶ, dicunt ὁρόω· cùm enim contractio fit in ω, tum aliud ω inseritur, ut ἡβώω, pro ἡβῶ, ex ἡβάω. (sic in tertiâ, ὑπνώω pro ὑπνόω) sed, si vocalis præcedens sit brevis, pro ω inserunt ο, ut ἐστιχόωντο, pro ἐστιχῶντο, ex ἐστιχάωντο· à στιχάομαι.

Iones autem præponunt ε, ut μνεώμενος, pro μνώμενος, ex μναόμενος.

Poëtæ aliquando huic ω postponunt ο, ut μνώομαι, pro μνῶμαι, ex μνάομαι.

In participio ῶν, ex άων, effertur Dor. per ᾶν, ut γελᾶν, pro γελάων.

De Verbis in μι.

Poëtæ sæpe omittunt reduplicationem, ut φίλημι, pro πιφίλημι.

Poëtæ formant verba in μι à barytonis, omissâ reduplicatione, ut ἔχημι, ab ἔχω, φέρημι à φέρω, βρίθημι à βρίθω, derivantur, quasi à verbis in έω.

Iones reduplicant per ε, ut τίθημι, à θέω, vel θέω· sic ἵστημι pro ἵστημι, unde ἱστάναι· sic κέκλυθι, pro κλῦθι, à κλύω· quarta enim conjugatio esset reduplicationis expers.

Aliquando per duas initiales literas, ut ἀκάχημι, ab ἀχέω.

Aliquando additur μ post reduplicationem, ut πίμπλημι, à πλέω.

Poëtæ interdum ex vocali inceptis reduplicationem habent in secundâ syllabâ, ut ὀνίνημι, ab ὄνημι.

Æoles dicunt τίθειμι, pro τίθημι, Bœoti πιφίλειμι, pro πιφίλημι.

Dores mutant η in α, ut φαμί, pro φημί, ἵσαμι, pro ἵσημι.

In mediorum et passivorum secundis personis trium priorum conjugationum σ Ion. omittitur, et tum fit Atticè contractio τίθεσαι, Ion. τίθεαι, Attic. τίθῃ. sic θέσο, Ion. θέο, Att. θοῦ, &c. Attici, Iones et Æoles retinent longam vocalem in mediis et passivis, ut δίζημαι pro δίζομαι.

Pro τίθησι, ἵστησι, fit Doricè τίθητι, ἵστητι· sic δίδωτι, ζεύγνυτι.

Pro φίλειτον, φίλειμεν, &c. Æoles dicunt φίλητον, et sic in imperat. Poët. τίθητι pro τίθετι· sic ἵληθι pro ἵλαθι, δίδωθι pro δίδοθι.

Pro τιθεῖσι dicitur Att. et Ion. τιθέασι, tollendo ι, et inserendo α, Dor. τιθέντι, Æol. τίθεντι, retracto accentu; sic pro διδοῦσι, Ionicè διδόασι, Dor. διδόντι, Æol. δίδοντι· et sic in cæteris conjugationibus; sed pro ἄεισι et ἵσασι, Dor. et Æol. ἄεντι, et ἵσαντι· pro φασί, Dor. φαντί, Æol. φάντι· pro εἰσί, Ion. ἔασι, vel ἔασσι, Dor. ἐντί, Æol. ἔντι· εἶσι, *eunt*, Ion. ἴουσι, pro ἰεῖσι, Ion. ἰέασι, Att. ἰᾶσι, Dor. ἰέντι, Æol. ἵεντι.

Ζευγνύουσι sæpe usurpatur pro ζευγνῦσι.

Iones, Æoles, et Poëtæ in imperfecto mutant ν in σκον, et abbreviant præcedentem vocalem, et abjiciunt augmentum, ut τίθεσκον, σκες, σκε, pro ἐτίθην, δίδοσκον pro ἐδίδων.

Iones verò aliquando dicunt pro ἐτίθην, ἐτίθεα, et pro ἐτίθη, ἐτίθεε.

Pro τίθενται, fit Ion. et Poët. τιθέαται.

Poëtæ servant reduplicationem in futuro, ut διδώσω, pro δώσω.

Bœot. τίθευκα in præt. pro τέθηκα.

Pro ἐτίθησαν, Dores et Bœoti dicunt ἔτιθεν· sic pro ἔθεσαν, ἔστησαν, ἔδησαν, in aorist. 2. ἔθεν, ἔσταν, et ἔδον, formando à primâ singulari, longâ in suam brevem versâ.

Secunda singularis imperat. Atticè contrahitur, ut τίθη, pro τίθετι, &c. Dores verò habent hic circumflexorum terminationem, ut τίθει, pro τίθετι. Æoles retinent penultimam longam, ut τίθητι pro τίθετι.

Pro στῆθι, Dor. στᾶθι· sic στᾶναι pro στῆναι.

Attici dicunt δῴην pro δοίην in optat. ut et Poëtæ qui etiam dicunt στῄην, pro σταίην.

Æoles pro θείμην, θεῖο, dicunt θοίμην, θοῖο, &c.

Iones in subj. pro τιθῶ, dicunt τιθέω· pro ἱστῶ, ἱστέω· pro θῶ, θέω, pro στῶ, στέω, Poët. θείω, στείω, Att. στῄω.

Pro δῷ, tertiâ pers. aor. 2. subjunctivi, fit Ion. δῷσι, quod fit in aliis temporibus subjunct.

Pro δῶσι, tertiâ plural. poët. δώωσι· illi enim pro δῶ dicunt δώω, hinc tertiâ sing. δώῃ, et Ion. δώησι.

Τιθῆναι, pro τιθέναι, Poëticâ ectasi, Dor. τιθήμεναι.

ὰς, ᾶσα, ὰν, secundæ conjug. Att. efferunt in ὼς, ῶσα, ut καθιστὼς, καθιστῶσα.

Τιθήμενος, pro τιθέμενος· Poëtæ enim in participiis verborum in μι, sæpe habent ectasin.

§ 8. *De Dialectis Adverbiorum.*

Attici, 1. Dativum pluralem secundæ simplicium ponunt adverbialiter pro *in loco*, ut Ἀθήνησι, pro ἐν Ἀθήναις.

2. Addunt initio adverbiorum, ut ἐχθὲς, pro χθὲς· et fine ι, ut νυνὶ, pro νῦν, quod et in aliis adverbiis temporis.

3. Minuunt in initio, ut ἅπερ, pro καθάπερ· et fine, ut δίον, pro δεόντως, quod et in aliis adverb. qualitatis in όντως.

Adverbia à neutris descendentia, Attici efferunt in α terminatione plurali, ut φίλα, pro φίλον, πολλὰ, pro πολὺ. Præterea ἐνταῦθοι, pro θα, ἐνθάδι pro δε, δευρὶ pro δεῦρο, ἄλλῃ pro ἄλλως, &c.

Iones, 1. resolvunt ῶς, ab adjectivis in ὴς, et ὲς, primæ contract. in έως, ut ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς.

2. Aliquando minuunt, ut οὕτω, pro οὕτως.

3. Ponunt κ pro π in adverb. interrog. indef. et relat. ut κῶς, pro πῶς, et dicunt δεύρω pro δεῦρο.

Dores, 1. augent initio et fine, ut τὼς, pro ὡς, εἴκαδις, εἴκαδε.

2. Ex adverbiis in σθεν tollunt σ, ut ἔμπροθεν, pro ἔμπροσθεν, et dicunt πῶ pro πόθεν, ἄψ pro ὀπίσω.

3. Et mutant literas in adverbiis, ut πλατίον, pro πλησίον, ἀμὰ pro ὁμῶς, ὄκα pro ὅτι, &c.

Æoles adverbia in θι et θεν efferunt per θα, ut ἔνθα, pro ἔνθεν, et abjiciunt σ finale in desinentibus in ακις, ut πολλάκι, pro πολλάκις.

Poëtæ, 1. faciunt adverbia à nominibus, syllabâ δε adjectâ, ut ἅλαδε, *ad mare.*

2. Augent, ut τίη, pro τί.

3. Et minuunt, ut τάχα, pro τάχιστα, τίπτε pro τίποτε, &c.

§ 9. *De Dialectis Præpositionum.*

Ξὺν, Attici utuntur pro σὺν, et ἐνὶ pro ἐν, et ὡς pro πρὸς.

Iones et Poëtæ dicunt ἐς pro εἰς.

Dor. πὰρ pro παρὰ, ἂν pro ἀνὰ, ἐν pro εἰς, ποτὶ pro πρὸς, et in appositione et compositione: ὀπισὶ, Æol. pro ἀμφὶ in compositione, ζιὰ pro διὰ, pro μετὰ, πεδὰ.

Æoles et Poëtæ habent καταὶ, παραὶ, ἀπαὶ, ὑπαὶ, pro κατὰ, παρὰ, ἀπὸ, ὑπὸ, et ἐνὶ, εἰνὶ, et εἰν pro ἐν.

Poëtæ dicunt ὑπεὶ, pro ὑπὲρ, et in compositione, ut ὑπείροχος· Poët. denique præpositiones dissyllabæ ponuntur pro verbis, et habent accentum in penultimâ, ut πάρα pro πάρεστι.

§ 10. *De Dialectis Conjunctionum.*

Iones dicunt ἂν pro ἦν, γῶν pro γῦν, ἔμπης pro ἔμπας.

Dores habent αἰ pro εἰ, sic αἶκε, et αἴκεν, et αἶκα, pro εἶκε, et ἄκεν μὲς pro μὲν, τὼς pro ὡς, sic ὃ pro ὅτι, γὰ pro γὲ.

Poëtæ pro ὅτι, ὅττι, pro ἢ, ἠὲ, autem πάρος pro πρὸ, unde πάροιθεν πὲρ pro καίπερ, ἄρ' pro ἄρα.

§ 11. *De Dialectis in Compositis.*

Composita ab ἐστὶ per apoc. Poët. amittunt verbum, retentâ solâ præpositione, ut ἔνι et μετὰ pro ἔνεστι et μέτεστι.

Præpositiones dissyllabæ in compositis, præfixæ vocalibus vocalem ultimam abjiciunt, ut παρακύω, nisi περὶ et πρὸ, quæ nec amittunt vocalem in compositione, nec apostrophantur in appositione.

Poëtæ autem in κατὰ, ἀνὰ, et παρὰ, rejiciunt ultimam vocalem α in compositis, etiam sequente consonâ: ut κάτθεο, ἀντείνω, παρκύπτω, pro κατάθεο, ἀνατείνω, παρακύπτω, et sæpe τ et ν deperduntur cum vocali α, ut κασχέθω, pro κατασχέθω, vel mutantur in alias consonas, quod cum sequenti non cohæreant.

Ν mutatur in μ ante β, μ, π, φ, ψ· in γ autem ante γ, κ, χ. in λ vel ρ, ante λ vel ρ. quod etiam de σὺν dici potest, sed σὺν ante σ, mutat ν in σ. ante ζ, σκ, στ, σχ, abjicit ν· τ, in κατὰ mutatur in consonam sequenti similem, ut κάππεσεν, pro κατέπεσεν, sed ante asperam mutatur in ejus tenuem, ut κάτθανε, κάπφαγε· ante σχ abjicitur, ut κάσχεθε· et similis mutatio accidit compositis ab ὑπὸ, ut ὑββάλλειν· πρὸ aliquando patitur crasin: coalescit enim ο ejus vocalis ante ε et ο in ου, ut προὔβαλλον, pro προέβαλλον.

Poëticè augetur verbi principium, tametsi à præpositione componitur, ut ἠμφίβαλλον, ab ἀμφιβάλλω.

§ 12. *Excerpta quædam ex Plutarcho de Dialectis, et speciatim de Homerico earum usu.*

Variâ dictione usus Homerus ex omni Græcorum dialecto characteris suis Poëmatis interseruit. Unde eum totam Græciam et cunctas nationes peragrasse constat. Nam Doriensium τῇ ἐλλείψει (quæ perquam familiaris est brevitati studentibus) usus est, pro δῶμα dicens δῶ, ut αἶψα δὲ οἱ δῶ ἀφνειὸν πέλεται· et pro ὅτι, ὃ, ut ὅ μοι αὐτὸς ἔκτανε χῆνας· et pro ὀπίσω, ἄψ, ο quidem in α, π verò et σ in cognatam ipsis literam, nimirum ψ, mutando. Denique pro ἄλλοτε, ἄλλο, ut ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμὴ, et hujusmodi. Ad eundem modum et medias syllabas concidendo, dicit ὄτριχας pro ὁμότριχας, et οἰέτεας pro ὁμοετεῖς, et ὀπάτριον pro ὁμοπάτριον· item τρεῖν pro τρέμειν, et τίω pro τιμῶ. Eorundem Doriensium est et literas transponere, ut quum pro κράτιστοι, κάρτιστοι dicunt.

Æolum verò τῇ συγκοπῇ in compositis utitur, καδδραθέτην dicens pro κατεδραθέτην, et ὑββάλλειν pro ὑποβάλλειν. Deinde tertias imperfecti personas apud alios in ει diphthongum desinentes, Æoles per η efferunt: ut ἐφίλη pro ἐφίλει, ἐνόη pro ἐνόει, quem morem sequutus Homerus ait δίδη μόσχοισι λύγοισι, pro ἔδει, quod est ἐδέσμει, *ligabat:* et, τοὺς μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων διάη μένος ὑγρὸν ἀέντων. Eorum est commutare σ in δ, ut pro ὀσμὴ dicere ὀδμὴ, et ἴδμεν pro ἴσμεν. Præterea et pleonasmo in quibusdam vocibus utuntur, ut quum pro ἔκηλος, εὔκηλος, et pro ἀτὰρ, αὐτὰρ, dicunt. Item secundæ verborum personæ θα syllabam adjicere, pro ἔφης, ἔφησθα, et pro εἴπῃς, εἴπῃσθα dicendo. Porrò consonantium duplicationem alii Doriensibus, alii Æolibus tribuunt; quale est illud ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, et ὁππότερος τάδε ἔργα.

Ionum autem proprietatem observat, dum τῇ ἀφαιρέσει in præteritis verborum temporibus utitur, veluti quum βῆ dicit pro ἔβη, et δῶκεν pro ἔδωκεν. siquidem in more habent præterita tempora ab iisdem literis inchoare, quibus et præsens; et auferre ε in voce ἱρεὺς et ἱρήξ. Præterea quum tertiis subjunctivi modi personis σι addit, ut quum pro ἔλθῃ, ἔλθῃσι, et pro λάβῃ, λάβῃσι dicit; necnon dativis eandem adjicit, θύρῃσι et ὕλῃσι dicens. Adhæc dum τοὔνομα pro τὸ ὄνομα, et νοῦσον pro νόσον, et κεινὸν pro κενὸν, et μεῖλαν pro μέλαν effert. Denique et α, quum productum fuerit, in η mutat, ut Ἥρη, Ἀθήνη, pro Ἥρα, Ἀθηνᾶ. Accidit autem nonnunquam ut è contrà η in α mutantes, pro λελησμένος, λελασμένος dicant. Insuper et circumflexa ita per διαίρεσιν efferunt, pro φρονῶν, φρονέων, et pro νοῶν dicentes νοέων. Eodem modo et genitivos in ους desinentes proferunt, ut Διομήδεος, Σάπφοος, pro Διομήδους, Σάπφους· et circumflexos genitivos plurales, ut Πηλέων, Περσέων. denique et plurales nominum neutrius generis rectos in η desinentes, ut στήθεα, μέλεα· idemque de ejusdem numeri genitivis judicium. Cæterùm hoc iis proprium est, ut τετράφαται pro τετραμμένοι εἰσὶ, et similia dicant.

Maximè verò Atticâ dialecto usus est, quippe quæ sit varia et ex aliis mixta. Nam quemadmodum Attici λεὼς pro λαὸς usurpant, ita et ipse Πηνέλεως et χρέως dicit. Est autem eis familiare contrac-

tionibus nonnunquam uti, et pro duabus unam syllabam efficere: ut pro τὸ ἔπος, τοὔπος, pro τὸ ἱμάτιον, θοἰμάτιον, quibus hoc Homeri est simile, Τρῶες δὲ πρὔκυψαν ἀολλέες, et πεδία λωτεῦντα pro λωτεύοντα. Atticum quoque est ex hujusmodi optativis η tollere, δοκοίης, δοκοῖς, τιμῴης, τιμῷς, secundum quem Atticismum dictum est, ἄλλοι δὲ διακριθεῖτε τάχιστα. Atticum etiam est hoc, οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους, quod nos κακίονες et ἀρείονες dicere solemus. Solent quoque hujusmodi accusativos non per διαίρεσιν efferre, βοῦς, ἰχθῦς, ut in hoc, βοῦς περιτεμνομένους, et ἰχθῦς ὄρνιθάς τε. Et illud Atticè dictum est, οὐδέ τι μιν σθένει ῥήγνυσι ῥέοντες, ut ζεύγνυσι, ὄμνυσι. Præterea et breves vocales Attici ex verbis abjiciunt, ut pro λύεται, λῦται, pro οἴομαι, οἶμαι, ad quem modum et pro ἐλύετο, dicunt λῦτο. Eorundem est dicere ἑώρων et ἐωνησάμην, ex abundanti addentium ε, unde etiam est ἐῳνοχόει.

Attici elidunt etiam ι, quum pro ἠϊόνες, ἠόνες, et pro Νηρεΐδες, Νηρῆδες dicunt. Sic verò et illud habet σφῶ δὲ μάλ' ἠθέλετον. Denique in dativis in ι purum desinentibus quorum penultima α obtinet, idem fit, ut in his κέραϊ, γέραϊ, σέλαϊ. Est et hoc Atticum, ubi dicitur ἵσταν et ἐπίσθαν, pro ἵστασαν et ἐπίσθασαν. Ejusdem consuetudinis est quòd optativos pro præteritis indicativorum usurpant; quâ et Homerus identidem utitur. Præterea quum nominibus fœmininis articulos, participia, et adjectiva masculina conjungunt: ut τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε quod et Platoni familiare est, ἄγοντε καὶ φέροντε, et ὁ σοφὸς γυνὴ, et ὁ δίκαιος. Sic igitur et Homerus de Junone et Minervâ dixit, οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ· et ἤτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν· et κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Porrò quum dialecti multam quoque in constructionibus proprietatem habeant, quando Poëta dicit ἀλλ' ἄγ' ὀϊστεύσον Μενελάου κυδαλίμοιο, Atticam consuetudinem refert; et quando ait δέξατο οἱ σκῆπτον; et Θέμιστι δὲ καλλιπαρῄῳ δέκτο δέπας, in his definit.

Quo pacto igitur omnium Græcorum voces congerendo, variam orationem efficiat, dum utitur nonnunquam peregrinis ut sunt prædictæ, aliquando verò priscis, ut quum dicit ἄορ et σάκος, interdum etiam communibus et assuetis, ut quum dicit ξίφος et ἀσπὶς, manifestum est. Sed est hoc admiratione dignum, vulgares etiam dictiones apud eum orationis gravitatem retinere.

APPENDIX II.

DE FIGURIS,

QUÆ IN LEGENDO HOMERO, CÆTERISQUE POETIS SÆPE OCCURRUNT.

I. *De Dictionum Figuris seu Passionibus.*

Dictionum passiones in duo generalissima dividuntur, scilicet, in *quantitatem* et *qualitatem*. Quantitatis quidem sunt species Ἔνδεια et Πλεονασμὸς, sed Qualitatis Μετάθεσις et Μετάληψις. Quum autem ambo in unum convenerunt, Τμῆσις fit. Sunt verò passiones quinque: Πλεονασμὸς, Ἔνδεια, Μετάθεσις, Μετάληψις, et Τμῆσις.

1. Πλεονασμὸς,

Redundantia, est superfluitas temporum vel temporis, elementorum vel elementi: ut κώρη pro κόρη, κάλλος pro καλὸς.

2. Ἔνδεια,

Defectus, est temporis vel temporum, elementi vel elementorum defectus: ut εἴδολον pro εἴδωλον, σκῆπτον pro σκῆπτρον.

3. Μετάθεσις,

Transpositio, est elementi dimotio à propriâ sede in aliam: ut δαρτὰ pro δρατὰ, κραδίη pro καρδίη, et κάρτος pro κράτος. Vocatur etiam Ἐνάλλαξις, *permutatio*, et Ὑπέρθεσις, *transpositio*.

4. Μετάληψις,

Transumptio, est elementi mutatio: ut ἠπεδανὸς pro ἀπεδανὸς, αἱμηπότης pro αἱμοπότης.

5. Τμῆσις,

Sectio, est compositi vocabuli resolutio in duas dictiones: ut ἄκρα πόλις pro ἀκρόπολις, ἐπὶ φρεσὶ θῆκε pro ἐπέθηκε.

Harum autem quinque passionum aliquæ in species secantur, ut Πλεονασμὸς et Ἔνδεια, aliquæ verò sunt insecabiles. Τοῦ Πλεονασμοῦ species sunt novem; Πρόσθεσις, Ἀναδίπλωσις, Ἔκτασις, Ἐπέκτασις, Διαίρεσις, Παρένθεσις, Διπλασιασμὸς, Παρέμπτωσις, et Προσχηματισμὸς. Sunt etiam τῆς Ἐνδείας species novem; Ἀφαίρεσις, Ἄρσις, Συστολὴ, Συγκοπὴ, Συναλοιφὴ, Ἔλλειψις, Παρέλλειψις, Ἔκθλιψις, et Ἀποκοπή. Adversatur ergo Πρόσθεσις τῇ Ἀφαιρέσει, Ἀναδίπλωσις Ἄρσει, Ἔκτασις Συστολῇ, Ἐπέκτασις Συγκοπῇ, Διαίρεσις Συναλοιφῇ, Παρένθεσις Ἐλλείψει, Διπλασιασμὸς Παρελλείψει, Παρέμπτωσις Ἐκθλίψει, et Προσχηματισμὸς Ἀποκοπῇ.
De harum singulis pauca perquam brevi dicenda.

De τοῦ Πλεονασμοῦ *Speciebus*.

1. Πρόσθεσις,

Additio, est adjunctio elementi in principio syllabæ: ut ἀσταφὶς, pro σταφὶς, ἄσταχυς pro στάχυς, θαμὰ pro ἅμα.

2. Ἀναδίπλωσις,

Reduplicatio, est primarum vel secundarum syllabarum per easdem consonantes, vel ἀντιστοίχους, repetita prolatio. Fit autem in verbis et participiis et nominibus, estque frequens apud Ionas et Æolas: ut κεκάμωσι pro κάμωσι, λελάχωσι pro λάχωσι, ἀταρτηρὸς pro ἀτηρὸς, ἐτήτυμον pro ἔτυμον.

Ἔκτασις,

Extensio sive *productio*, est, quando literæ correptæ bitemporeæ extenduntur, sive producuntur, vel breves in longas earum ἀντιστοίχους mutantur: ut κάλλος pro καλὸς, κώρη pro κόρη.

4. Ἐπέκτασις,

Superextensio sive *superinductio*, est, redundantia syllabæ in medio, quæ ejusdem est accentûs, quum generalis observatio id fieri non

prohibet: ut εὐτείχεον pro εὔτειχον, ἀδελφειὸς et ἀδελφεὸς, pro ἀδελφὸς, πολεμήϊα pro πολέμια.

5. Διαίρεσις,

Divisio, est syllabæ resolutio, vel disjunctio in duo. Sed hæc passio Ionum et Thessalorum propria est: ut πάϊς pro παῖς, κόϊλον pro κοῖλον, βέλεος pro βέλους.

6 Παρένθεσις,

Interpositio, est additio vocalis in medio, non facientis syllabam: ut πνείοντες pro πνέοντες, κεινὴ pro κενὴ, νοῦσος pro νόσος, ξεῖνος pro ξένος, εἰληλυθὼς pro ἐληλυθὼς. Porrò hæc passio Ionum est.

7. Διπλασιασμὸς,

Duplicatio vel *geminatio*, est ejusdem consonantis additio in medio, non efficientis syllabam: ut ὅττι pro ὅτι, ἄδδην pro ἄδην, μέσσον pro μέσον, ἔννεπε pro ἔνεπε ὁππότε pro ὁπότε. Et hæc quoque passio Ionum est.

8. Παρέμπτωσις,

Intercidentia, est additio consonantium in medio, non efficientium syllabam: ut πτόλις pro πόλις, πτόλεμος pro πόλεμος.

9. Προσχηματισμὸς

Est additio syllabæ in fine, quæ quatuor dialectorum est propria: ut λόγοισι pro λόγοις, μούσαισι pro μούσαις, προσώπατα pro πρόσωπα, ἐγὼν pro ἐγώ. Dicitur etiam Παραγωγή.

De τῆς Ἐνδείας *Speciebus.*

1. Ἀφαίρεσις,

Detractio, est ablatio elementi ab initio: ut ὀρτὴ pro ἑορτὴ, αἶα pro γαῖα, κεῖνος pro ἐκεῖνος. Sed hæc passio Ionum est.

2. Ἆρσις,

Ablatio, est abjectio geminatæ syllabæ à principio: ut βλῆσθαι pro βεβλῆσθαι, δέχθαι pro δεδέχθαι, βλήμενος pro βεβλημένος.

3. Συστολὴ,

Contractio seu *correptio*, est quando productæ bitemporeæ corripiuntur; vel longæ in breves earum ἀντιστοίχους commutantur: ut φυσίζοος pro φυσίζωος, ξερὸν pro ξηρὸν.

4. Συγκοπὴ,

Concisio, est abjectio syllabæ in medio: ut κάμμορος pro κακόμορος, δάσκιον pro δασύσκιον.

5. Συναλοιφὴ

Est duarum syllabarum in vocalem unio, dejectione tonorum. Fit autem Synalœphe per modos septem: simplices quidem, tres, per Θλίψιν, per Κρᾶσιν, et per Συναίρεσιν: compositos autem, quatuor, per Θλίψιν et Κρᾶσιν, per Θλίψιν et Συναίρεσιν, per Κρᾶσιν et Συναίρεσιν, et per Θλίψιν, Κρᾶσιν, et Συναίρεσιν.

1. per Θλίψιν, ut ἐπ᾽ ἐμὲ, pro ἐπὶ ἐμέ.
2. per Κρᾶσιν, ut τἀμὰ, pro τὰ ἐμά.
3. per Συναίρεσιν, ut Νηρῇδες, pro Νηρηΐδες.
4. per Θλίψιν et Κρᾶσιν, ut κἀγὼ, pro καὶ ἐγώ.
5. per Θλίψιν et Συναίρεσιν, ut ἐμοὐποδύτω, pro ἐμοὶ ὑποδύτω.
6. per Κρᾶσιν et Συναίρεσιν, ut ᾡπόλος, pro ὁ αἰπόλος.
7. per Θλίψιν, Κρᾶσιν, et Συναίρεσιν, ut ἐν τᾀθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ.

6. Ἔλλειψις,

Defectus, est abjectio vocalis in medio, non facientis syllabam: ut ἀμύξαι pro αἰμύξαι, γεραὸν pro γεραιὸν.

7. Παρέλλειψις,

Prætermissio, est, quando una aliqua geminatorum consonantium omittitur: ut κάλιον pro κάλλιον, θᾶτον pro θᾶττον.

8. Ἔκθλιψις,

Elisio, est abjectio unius consonantis inter primam et ultimam syllabam, non facientis syllabam: ut σκῆπτον pro σκῆπτρον.

9. Ἀποκοπὴ,

Abscissio, est ablatio syllabæ in fine: ut δῶ pro δῶμα, Ἀπόλλω pro Ἀπόλλωνα, Ποσειδῶ pro Ποσειδῶνα.

De his ita Ruddimannus:

Prosthesis apponit capiti, sed *Aphæresis* aufert.
Syncopa de medio tollit, sed *Epenthesis* addit.
Abstrahit *Apocope* fini, sed dat *Paragoge*.
Constringit *Crasis*, distracta *Diæresis* effert.
Litera si legitur transpôsta, *Metathesis* exit.
Antithesin dices, tibi litera si varietur.

II. *Excerpta quædam ex Plutarcho de Tropis, et speciatim de Homerico eorum usu.*

Cæterùm quoniam ornata oratio à communi consuetudine discedit, unde aut evidentior, aut gravior, aut modis omnibus jucundior fit: et verborum quidem immutatio, *tropus;* sententiarum autem *schema* vocatur, et horum species in arte dicendi præscriptæ sunt; videamus num horum aliquid ab Homero prætermissum sit, numve aliud quiddam à posteris inventum sit, quod ille non prius dixerit.

Inter tropos igitur Ὀνοματοποιΐα admodum illi familiaris est. Noverat enim priscam nominum originem, quòd hi qui primitùs nomina rebus indiderant, pleraque ab eventu appellassent, et inarticulatas voces in scripta retulissent; ut quum dicerent φυσᾷν, et τρίζειν, et βροντᾷν, et quæ istis suntsimilia. Unde et ipse quædam nomina prius non extantia ita finxit ut conformia essent rebus per ipsa significatis; cujusmodi sunt hæc, δοῦπος, ἄραβος, βόμβος, ῥοχθεῖ, ἀνέβραχε, et σίζε, aliaque istiusmodi, quibus nemo significantiora invenerit. Et rursus ubi alias voces et alias res pertinentes aliis tribuit; ut quum dicit φλέγμα κακὸν φορέουσα, (id est, malum incendium ferens), efficaciam in conflagrando significans: et dum πῦρ dicit pro πυρετὸν (id est ignem pro febre). Quibus et hoc affine est, χαλκοτύπους ὠτειλὰς, vult enim dicere τὰς ὑπὸ τῦ χαλκῦ τετυπωμένας. Denique (ut summatim omnia complectar) multâ verborum novitate multâ cum licentiâ usus est, alia quidem præter consuetudinem immutans, alia verò eam ob causam insigniora reddens, ut orationi decus et magnificentiam adderet.

Præterea epithetorum copia illi est, quæ propriè et suo loco subjectis accommodata, vim propriis nominibus æquipollentem habent; ut quum singulis diis singulas appellationes attribuit, Jovem Μητιέτην et Ὑψιβρεμέτην, et Solem Ὑπερίονα, et Apollinem Φοῖβον vocans.

Κατάχρησις quidem (quæ usum ex eo quod propriè significatur, in aliud nomen proprium non habens, transfert) apud Poëtam est, ubi

ait σειρὴν χρυσείην (id est, catenam auream), σειρὰ namque funiculum propriè denotat. Et ubi dicit αἰγείην κυνέην, siquidem galea apud eum κυνέη appellatur, quòd ea olim ex caninâ pelle conficeretur, ibi verò et eam galeam caninam vocat quæ ex caprinâ pelle facta erat.

Μεταφορὰ autem (quæ inde nomen sortita est quòd rem à propriâ significatione in aliam, cum conveniente utriusque rei similitudine, transferat) et multa et varia apud illum est, ut illud :

> Ἧκεν ἀποῤῥήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο,
> *Contulit huc fracto se magni vertice montis.*

Et,

> Νῆσος τὴν περὶ πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται,
> *Insula, quam pontus circumluit atque coronat.*

Quam enim rationem vertex in homine, eam et cacumen in monte; et quam corona ad eum cui imponitur, eandem et mare ad insulam habet. Porrò affinibus pro propriis nominibus utens, orationem non solùm speciosiorem, verùm etiam evidentiorem facit. Sunt autem variæ apud eum metaphoræ. Quædam ab animatis ad animata : ut

> Φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρώροιο,
> *Cæruleæ navis sic est auriga loquutus,*

pro ναύτης, *nauta :* et

> Βῆ δὲ μετ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν,
> *Ivit ad Atridem pastorem tot populorum,*

pro βασιλέα, *regem.* Aliæ autem ab animatis ad inanimata : ut ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης (id est, sub extremum Idæ pedem), pro τὴν ὑπώρειαν, *radices :* et οὖθαρ ἀρούρης (uber agri), pro τὸ γόνιμον, *fertilitas.* Aliæ è contrà ab inanimatis ad animata : ut σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ (id est, ferreum certè tibi pectus), pro σκληρὸν, *durum.* Postremò ab inanimatis ad inanimata : ut σπέρμα πυρὸς σώζων (semen ignis servans), pro γόνιμον ἀρχήν. Porrò sicuti nominum, ita et verborum translationes apud eum sunt ; quale est,

> Ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω,
> *Littora namque boant, feriente salo atque procellis,*

pro ἠχοῦσιν, *sonant* vel *resonant.*

Alius deinde tropus (Μετάληψις scilicet) fit quando per cognominationem res divera significatur : ut ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι, insulas enim quæ propriè appellantur ὀξεῖαι, significare vult, siquidem θοὸν et ὀξὺ idem declarant. Ὀξὺ autem non solùm velocitatem motûs significat, sed etiam id cujus forma tendit in tenuitatem. Istius modi et hoc est, ἐγὼ δὲ θόωσα παραστάς.

Alius tropus Συνεκδοχὴ vocatur, quando ex eo quod propriè significatur, aliud quiddam ejusdem generis intelligitur : estque simili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus : ut πρὸς τεῖχος ἰύδμητον

βόας αὔας (id est, ad murum benè structum boves torridos), boum namque appellatione corium, ex quo scuta fieri solent, innuere vult. Aut ex parte totum: τοίην δ' αὖ κεφαλὴν ποθέω (id est, hujus modi autem caput desidero), nam voce capitis totum hominem significat. Et quando pro *pulchra* λευκώλενος dicit (id est, candidis ulnis prædita), et pro *benè armati*, εὐκνήμιδες (id est, benè ocreati). Aut ab uno multa; ut quando ita de solo Ulysse dicit, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν (id est, postquam Trojæ sacrum oppidum devastavit), neque enim ille solus, sed unà cum aliis Græcis Trojam evertit. E contrà ex multis unum: ut στήθεά θ' ἱμερόεντα, pro στῆθος. Præterea ex specie genus: ut μαρμάρῳ ὀκρυόεντι βαλλὼν, marmor namque saxi species est. Aut è contrà ex genere speciem intelligimus: ut ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι, siquidem non quasvis ὄρνιθας (aves) sed augurales tantùm dicere vult. • Adhæc ex adjunctis, effectum rei: ut

Πάνδαρος, ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν,
Pandarus, huic dono dedit arcum Phœbus Apollo.

Arcus enim nomine jaculandi peritiam notat. Et ἑζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ (id est, sedentes dealbant aquam). Et οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγὸν (id est, totâ die jugum movebant), ex accidenti; namque in priori exemplo, *remigabant*, in posteriori autem, *currebant*, intelligi debet. Insuper ex præcedenti consequens: ut λῦσε παρθενικὴν ζώνην (id est, virgineam solvit zonam), ex eo namque sequitur quòd vitiaverit. Et contrà ex consequenti præcedens; ut quando pro φονεύειν, *occidere*, ἐναρίζειν, *spoliare*, dicit.

Est autem alius tropus Μετωνυμία, quæ fit quando vocabulum quod de re aliâ positum est, aliud quiddam secundum relationem significat; quale est apud eundem,

Ἦμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα βωλοτομεῦσι,
Ast juvenes terræ Cererem concredere pergunt.

Triticeum namque fructum designat, quem sic à nomine Δήμητρος (id est, Cereris) inventricis appellavit. Et ubi ait,

Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο,
Viscera Vulcanum supra transfixa tenebant.

Nam Ἡφαίστου (id est, Vulcani) nomine ignem declarat. Porrò affine jam dictis et hoc est, ὅς κεν ἐμῆς γε χοίνικος ἅπτηται (id est, qui meam chœnicem attigerit), ea namque quæ in chœnice continentur innuit.

Præterea et alius tropus Ἀντονομασία vocatur, et fit quum epitheton aut consignificativum pro proprio nomine accipitur: ut

Πηλείδης δ' ἐξαῦθις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν Ἀτρείδην
Προσέειπε.——

Æacides Atriden rursus voce petulcâ
Increpuit.———

Per hæc enim nomina Achillem et Agamemnonem intelligit. Et rursus,

Θάρσει, Τριτογένεια, φίλον τέκος,——
Sis animo fidens, Tritonia, filia chara.

Et alibi, Φοῖβος ἀκερσεκόμης, *Phœbus intonsus.* Illic enim Minervam, hìc verò Apollinem denotat.

Est et Ἀντίφρασις, dictio quæ contrarium quàm præ se fert, significat; ut in hoc,

—Οὐ δ' ἄρα τό γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεὺς,
Hos ubi conspexit, non est lætatus Achilles.

Contrarium enim dicere vult, nempe quòd his conspectis indoluerit.

Est et Ἔμφασις, quæ animi cogitatione vehementiam dicto addit: ut

Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν ὃν κάμ' Ἐπειὸς,
Ast in equum descendentes, quem struxit Epeüs.

Dum enim inquit κατεβαίνομεν, equi magnitudinem declarat. Simile autem illud est, πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι, *totus enim gladius sanguine incaluit.* Per hoc enim majorem emphasin ostendit, quòd sit ensem adeò sanguine tinctum fuisse ut incaluerit.

Atque hujusmodi quidem tropi qui sic vocantur, ab Homero ficti sunt.

III. *De Schematis, et Homerico eorum usu, ex eodem Plutarcho.*

Videamus autem num et eas constructionis mutationes quæ σχήματα (hoc est, figuræ) appellantur, ipse quoque Homerus primus invenerit. Porrò schema est sermo à communi consuetudine recedens, ornatûs seu utilitatis gratiâ, secundum quandam fictionem mutatus. Dicendi namque varietas orationem non solùm venustiorem, sed etiam stylum graviorem efficit. Utilis autem est, quòd rerum qualitatem ac vim extollit, intenditque.

Inter schemata autem Πλεονασμῷ nonnunquam metri causâ utitur: ut in hoc,

Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα.
Auri autem appendens Ulysses decem tota talenta.

Vox enim πάντα, nihil ad sensum faciens, adjicitur. Est etiam quando ornatûs causâ fit: ut,

Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός,
Certè omnino mortuus est Menœtii strenuus filius.

Vox namque μάλα Atticâ consuetudine abundat.

Nonnunquam verò pluribus vocibus significatum refert: quæ figura Περίφρασις appellatur, ut quum dicit υἷας Ἀχαιῶν, pro Ἀχαιοὺς (filios Græcorum pro Græcos), et βίην Ἡρακληείην, pro Ἡρακλέα (vim Herculeam, pro Herculem).

Talia verò per mutationem figuratè dicit, dum consuetam structuram invertit, et dictionem in medio interponit; quæ figura Ὑπερβατὸν vocatur: ut in hoc,

Αἱματόεις, ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς,

pro eo quod est, λέων ταῦρον κατεδηδώς· ac dictionem quidem sic transponit per Ὑπερβατόν. Aliquando verò totam orationem: ut in hoc,

——Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ νῆες
Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Ordo namque orationis est, Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Ejusdem speciei figura est quæ Παρεμβολὴ vocatur, et fit quando extrinsecus quædam nihil ad institutum pertinentia interseruntur; quæ etsi quis eximat, tamen constructioni nihil decedit: ut est illud,

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε.

Juro per hoc sceptrum, quod nec folia ulla nec ullos
Ramos producet, postquam trunco illud ademptum.
Nam librum illius ferrum circumundique rasit.

et cætera quæcunque de sceptro dicit. Tandem quod principio quadrat, infert,

Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν.
Certè olim cupiet Peliden turba Pelasga.

Est autem apud eum et Παλιλλογία, hoc est, repetitio alicujus partis orationis, aut plurium vocum quæ repetuntur; quæ figura etiam Ἀναδίπλωσις appellatur: quale est,

Τῷ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

Hunc adversus eo, quamvis sit flammea dextra,
Flammea dextra licet, vis ignea denique ferri.

Aliquando verò interseruntur alia quædam, et eadem rursus repetuntur: ut in hoc,

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας, μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἄλλων.

Ille quidem Æthiopas adiit, procul inde colentes,
Æthiopas reliquis divisos partibus orbis.

Hæc autem figura non solùm dicentis affectum declarat, sed etiam auditorem movet.

Ejusdem generis est et Ἐπαναφορὰ, quum ab initio plurium membrorum eadem particula repetitur, cujus exemplum apud Poëtam hoc est,

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν.

Nireus tres Symâ naves adduxit et ipse,
Nireus Aglaiâ Charopoque potente creatus,
Nireus, quo Trojam venit non pulchrior alter.

Estque similiter et hæc figura affectui movendo et suaviloquentiæ perquam familiaris.

Est præterea apud eum et Ἐπάνοδος, quæ fit quando duas res et nomina proponens aliquis, sensu nondum finito, ad utrumque nominum redit, ac sententiæ defectum complet: ut in illo,

Ἄρης τε βροτολοιγὸς, Ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα,
Ἡ μὲν, ἔχουσα, κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊοτῆτος·
Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα.

Mars homicida, dea et Contentio litigiosa,
Hæc etiam turbas ciet, ac hostilia multa:
Mars autem manibus prægrandem concutit hastam.

Officium autem schematis istius est, orationem variegatam et perspicuam reddere.

Ad hæc schema apud illum est Ὁμοιοτέλευτον, in quo membra in voces sono similes desinunt, easdem in fine syllabas habentia; ut est,

Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Et in illo,

Οὔλυμπόνδ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι· οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται. ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Quando verò in nomina quæ similiter declinantur, periodi seu membra desinunt, idque in eodem casu fit, Ὁμοιόπτωτον propriè nuncupatur: quale est,

Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Prædicta autem et his similia, multum gratiæ et voluptatis addunt orationi. Cæterùm specimen industriæ suæ circa compositionem dedit, quòd sæpenumero duabus etiam figuris in iisdem versibus est usus, nimirum τῇ Ἐπαναφορᾷ, et τῷ Ὁμοιοτελεύτῳ· ut in illo,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω.
Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσι.

Sub his illud schema continetur quod Πάρισον appellatur, fitque ex duobus aut pluribus membris pares inter se voces habentibus. Hujus verò Homerum primum auctorem esse constat, qui dixit,

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι,
Μηνιθμὸν μὲν ἀποῤῥίψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι.

Quòd verò et hæc figura multum ornatus in dicendo habeat, nemini obscurum est.

Porrò eandem gratiam et Παρονομασία habet, quando præter nomen de quo agitur, aliud ei simile statim modico spatio interjecto subjungitur: quale est hoc,

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς, κρατερὸς Λυκόοργος.

Et illud,

Τῶν ἤτοι πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν.

Cæterùm prædicta aut per Pleonasmum, aut per alium quempiam schematismum figuratè dicuntur: alia verò per vocabuli defectum, quorum è numero et ea figura est quæ Ἔλλειψις appellatur: quando etiam omissâ aliquâ voce sensus ex prædictis patet: quale est,

Δώδεκα μὲν σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,
Πεζὸς δ' ἕνδεκα φημί.——

Deest enim ἀλαπάξαι (id est, vastasse), sed ex prædictis intelligitur. Illud quoque per Ἔλλειψιν (id est, defectum) dicitur,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Deest enim verbum ἐστί. Item hoc,

Ὦ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο.

Deest enim verbum πάρεστι, vel συμβέβηκεν, aut aliquod hujusmodi.

Tale est etiam Ἀσύνδετον, quum eximuntur σύνδεσμοι (id est, conjunctiones) orationem conjungentes; quod non solùm celeritatis gratiâ fit, sed et emphasis affectu plenæ: quale est istud,

Ἴομεν ὡς ἐκέλευες ἀνὰ δρυμὰ, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης.

In his enim et conjunctio exempta est, dum is qui loquitur, celerrimum enuntiationis modum quærit.

Est inter schemata id quoque quod Ἀσύντακτον appellatur, sive Ἀλλοίωσις· quum consueta structura fit ἀλλοία, id est, *diversa*, redditurque varia: ut ornatum aut venustatem orationi afferat, dum consueta quidem structura non videtur esse ἀνακόλουθος, id est, *inconsequens*, sed relatio ad peculiare quidpiam: habet ἀκολουθίαν, id est, *consequentiam*. Contingit autem multifariam, quum nominum genera permutantur, quale est κλυτὸς Ἱπποδάμεια, pro κλυτή. Et θῆλυς ἐέρση, pro θήλεια. Veteribus namque familiare fuit, masculinis pro fœmininis etiam uti, tanquam præstantioribus et vehementioribus. Nec tamen immodicè, nec citra certam rationem hoc fecerunt: sed quum epitheto utendum fuit, quod est extra corpus cujus mentio fiebat. Illa namque circa corpus versantur, ὁ μέγας, et ἡ μεγάλη, id est, *magnus* et *magna*, item ὁ καλὸς, et ἡ καλὴ, id est, *pulcher* et *pulchra*, et hujusmodi. Extra corpus autem, ut ἔνδοξος, id est, *gloriosus*, et εὐτυχὴς, id est, *fortunatus*. Quinetiam propter compositionem, utrumque genus admittunt. Generaliter enim omnia composita, utrique generi communia sunt. Præterea quum verbum masculino et fœminino nomini commune subjungitur, aut participium, masculinum prævalet: ut in hoc,

Παρθενικαί τε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες,

Quædam etiam sunt quæ præter dialectorum proprietatem, aut morem tum receptum, aliter ab eo dicuntur: quale est,

——Ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακράς.——

Sæpenumero autem et metri causâ genera commutat: ut in hoc,

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι.

Quum enim nomen τέκνον neutrius sit generis, ei subjunxit masculinum φίλε, vocem nimirum ad personam referens. Simile est et illud quod à Dione ad Venerem dicitur,

Τέτλαθι, τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ.

Eandem quoque rationem habet et illud,

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο,
Σκῆπτρον ἔχων.———

Participium namque ἔχων (id est, tenens) non ad ψυχὴν, sed ad genus corporis, hoc est ad ipsum Tiresiam, accommodavit. Plerumque enim non ad dictionem, sed ad id quod significatur, respicit: ut in hoc,

Πᾶσιν ὀρίνθη θυμός· ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες
Ἐλπόμενοι παρὰ νηυσὶν ἀμύμονα Πηλείωνα.

Illud enim ἐλπόμενοι non cum φάλαγγες est construendum, sed cum (subaudito) ἄνδρες, ex quibus illæ constant.

Præterea et secundum aliam rationem genera permutat: ut quùm dicit,

———Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε
Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ.———

Quum enim νεφέλη et νέφος ejusdem significationis sint, et antè usus esset nomine νεφέλη articulum τὸ neutrius generis intulit, ut quo νέφος subintelligeretur. Huic autem speciei similes quoque hi sunt versus;

Τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι.

Etenim quum generale avium nomen in neutro genere præmisisset, (τὰ πετεηνὰ) ac deinde illarum species in masculino subjunxisset, rursus neutraliter infert κλαγγηδὸν προκαθιζόντων· reddens videlicet id quod generali avium nomini convenit.

Non solùm autem genus, sed et numerum Poëta sæpe commutat: veluti quum dicit,

———Ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο.

Præposito enim singulari, pluralem subjunxit, dum videlicet sensum magis quàm vocem respicit: namque *πληθὺς* (id est, multitudo) appellatione quidem singulari, numeri est, multos autem in se complectitur.

Porrò simile est à contrario, quando plurali præposito singularis subjungitur: ut in hoc,

> *Οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες, πρόσσω πᾶς πέταται.*

Dictio enim *πᾶς* voce quidem singularis est, sed dum ad multitudinem refertur, idem pollet quod *πάντες*. Eandem schematis formam et illud habet,

> *Οἱ δὲ Πύλον Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον*
> *Ἶξον· τοὶ δ' ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον.*

Pylii namque intelliguntur.

Fit apud eum et casuum mutatio, ut quum nominativus et vocativus in talibus commutantur,

> *Αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ'* * *Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι.*

Et,

> ———————*Νεφεληγερέτα* * *Ζεύς.*

Et,

> *Δὸς φίλος· οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν.*

Genitivus autem et dativus in hujusmodi commutantur,

> *Τρωσὶ μὲν προμάχιζεν Ἀλέξανδρος θεοειδὴς,* pro *τῶν Τρώων.*

Et vicissim,

> *Ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπεῖος γλαφυροῖο,* pro *περὶ σπεῖ.*

Atque mutationis istius causa est, quòd nominativus, accusativus et vocativus quandam inter se cognationem habere videantur, præsertim quum nomina neutrius generis, et pleraque masculina ac fœminina, tres istos casus similes habeant. Similiter autem et genitivus cum dativo quandam affinitatem habet, idque in duali omnium vocum numero deprehenditur. Quo fit ut et Homerus casus haud immeritò præter consuetudinem mutet. Nonnunquam verò rationes quoque istius mutationis invenire quis possit: ut in hoc, *ἐπιστάμενοι πεδίοιο·* et in hoc, *διέπρησσον πεδίοιο,* quod perinde est atque *ἐπέρων διὰ τοῦ πεδίου.*

Bellè autem et casuum permutatio apud illum se habet, in utriusque Poëmatis exordio, in quibus præposito accusativo, nominativum intulit: dicens,

---

* Ea non sunt vocativi, ut aliqui volunt, sed nominativi Æolicè, Vid. antè p. 335. *De primâ Declinatione.*

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε.

Item:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.

Est etiam quando genitivo rectum infert: ut in hoc,

Τῶν οἱ νῦν βροτοί εἰσι.

Multa et alio modo figuratè dicit: quale est hoc,

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα
Ἤματι τῷ ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
Ἀστράπτων ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Huic simile est et illud,

——— Ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς,
Ῥίμφά ἑ γοῦνα φέρει. ———

Et hoc quidem secundum veterem consuetudinem extulit, idque non sine ratione. Si quis enim participia in verba dissolvat, consequentiam orationis deprehendet. Siquidem ἀστράπτων idem valet quod ἤστραπτε, et πεποιθὼς idem quod πέποιθε. His et alia sunt affinia,

Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.

Item:

Τὼ δὲ διακρινθέντε, ὁ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν.
Ἤϊ', ὁ δ' ἐς Τρώων ὅμαδον κίε. ———

Non enim ratione caret si quis de duobus aliquibus dicturus, nominativum casum præponat, et eo quod ipsorum utrique commune est, observato, commune orationis genus efficiat. Id autem quod in oratione commune est, multum gratiæ illi afferri, nemini obscurum est. Denique est et ubi casu communi præposito, sermonem de uno infert: ut in hoc,

